

modo idem sonat, quod inuitabile sic dicimus, quòd necesse est Deum esse, quia impossibile est ipsum non esse, cum sit ipsum esse: & hæc necessitas inuitabilis potest esse duplex, vel coactionis, vel immutabilitatis: necessitas autem coactionis in Deo esse non potest, sed necessitas inuitabilitatis. Cum ergo quaeritur. Vtrum tanta fuerit congruitas incarnationis Dei, quòd fuerit necessaria, & non potuerit aliter esse, patet quòd hoc non fuit necessarium simpliciter, sed fuit necessarium congruum; vnde Augustin. 13. de Trinit. cap. 10. vult, quòd *si alius modus fuerit possibilis, sananda tamen nostra miseræ conuenientem alium modum non fuisse*. Fuit ergo ibi necessitas, idest congruitas, vel si fuit ibi aliqua necessitas immutabilis; hoc non fuit simpliciter, & absolute, sed supposita diuina ordinatione, vt quia sic Deus ordinauit, quòd per incarnationem Filij sui redimeret mundum, & quia ordinatio Dei propter eius immutabilitatem, debet impleri. Ideo non est hæc necessitas immutabilitatis simpliciter, sed ex suppositione diuinæ ordinationis.

D.P. Aug.

Diuinã ordinationẽ propter eius immutabilitatẽ impleri, non arguit necessitatem, simpliciter sed ex suppositione tantum.

Possumus autem triplici via inuestigare incarnationem Dei non fuisse necessariam simpliciter, vt prima via sumatur ex voluntate Dei. Secunda ex potestate eius. Tertia ex fide nostra, quæ est super rationem collocata.

Prima via sic patet. Ait enim August. de Trin. cap. 4. quòd *voluntas Dei est summa, & prima causa omnium corruptibilium specierum, atque motionum*. Et subdit: *nihil enim visibiliter, & sensibiliter agitur, quod non de interiori inuisibili, atque intelligibili aula summi Imperatoris, aut iubeatur, aut permittatur*.

P. Aug.

Aduertendum tamen, quòd voluntas potest considerari dupliciter, aut deliberatiua, aut naturalis; nam sicut naturaliter primò Deus intelligit seipsum, & intelligendo se intelligit alia. sic naturaliter primò vult seipsum, & bonitatem suam tanquam finem, vt volendo seipsum tanquam finem, quòdam ordine sapientiæ suæ, vult alia quæ sunt ad finem. Generatio ergo Filij quæ habet esse ex eo, quod Pater intelligit seipsum, & intelligendo seipsum generat Verbum; & processio Spiritus Sancti,

A prout Pater, & Filius bonitatem suam volendo, & diligendo, quam volunt, & diligunt tanquam finem, producant Spiritum Sanctum, potest dici quid naturale, quia non solum intelligere Dei, quo producit Verbum debet dici quid naturale, sed etiã velle Dei Patris, & Filij, prout volunt, & diligunt bonitatem suam, tanquam finem, & ex hoc producant Spiritum Sanctum, debet dici quid naturale. In vtraque ergo productione tali communicatur natura diuina, & vtraque talis productio potest dici naturalis. Nam non solum Pater intelligendo se, & generando Verbum communicat ei naturam suam, sed etiam Pater, & Filius, volendo, & diligendo se, & bonitatem suam, & ex hoc producendo Spiritum Sanctum, communicant ei naturam suam. Non ergo est dubium de generatione Filij, quin sit naturalis, quia secundum Damasc. lib. 1. cap. 8. & secundum

D. Damasc.

veritatem. *Generatio est opus naturæ*. licet fortè dubium esset alicui de Spiritu Sancto, qui procedit per modum voluntatis, & procedit, vt amor. Vtrũ talis processio dici posset aliquo modo naturalis. Ad quod dici debet, quòd si Pater, & Filius nullã aliã bonitatẽ vellent, nisi bonitatẽ suã, produceret Spiritum Sanctum, & quia bonitatẽ suã volunt, & diligunt tanquam finem, quia in fine fertur voluntas naturaliter, ideo productio Spiritus Sancti, facta hoc modo potest dici naturalis, quia si nullo modo esset naturalis, ex tali productione nõ comunicaretur natura diuina Spiritui Sancto. Generatio ergo Filij est à natura, vt natura, sed productio Spiritus Sancti est à voluntate, vt natura; productio autem creaturæ est à voluntate diuina, nõ per communicationem naturæ diuinæ, sed per ordinem sapientiæ diuinæ. Emanationes ergo personarum sunt coeternæ Deo, & immutabiliter se habent ad Deum, sed emanatio creaturarum potest esse, & fuit temporalis, nõ coeterna Deo. Vnde Damasc. 1. lib. c. 8. dicit, quòd *Creatio in Dei voluntate opus existens non est coeterna cum Deo*. Creatio ergo est à voluntate Dei, non naturaliter, prout Deus vult seipsum tanquam finem, sed prout voluntariè vult alia, tanquam ea, quæ sunt ad finem. Cum ergo assumptio humanæ naturæ præsupponat creationem diuinæ nature, si creatio est à voluntate diuina, nõ

Processio Spiritus Sancti potest dici naturalis, quia est à voluntate vt natura.

D. Damasc.

Deus voluit creaturas iuxta ordinem diuinæ sapientiæ tanquam ea quæ sunt ad finem.

vt necessariò, sed vt voluntarie vult alia, oportet, quod talis assumptio nature humanę non sit necessaria simpliciter, sed voluntaria, & sic est ibi aliquis modus necessitatis huius ex præsuppositione diuinę ordinationis, quia sic ordinauit Deus. Patet ergo ex parte diuinę voluntatis, quod in incarnatione Dei, vel Filij Dei non fuit necessitas, nisi modo quo dictum est.

Secundò hoc idem patet ex potentia Dei, vel ex potestate Dei, quia potestati eius quis resistit? Vnde Augustinus loquendo de salute humana 13. de Trinit. cap. 10, ait: *Non alium modum Deo defuisse, cuius potentia cuncta equaliter subiacent, sed sananda nostrę miserię congruentiorem modum alium non fuisse.* Si ergo necessarium volumus accipere, prout est, idem quod congruum, dicemus hoc non solum fuisse congruum, quod Deus carnem assumpsit, & pro nobis mortem sustinuit, sed etiam nostrę sanandę miserię non alius modus fuit congruentior: sed si volumus loqui de necessario, prout necesse, & immutabiliter oportet sic esse, & impossibile est aliter se habere, dicemus, quod absolutè, & simpliciter non fuit hoc necessarium, quod modus alius defuerit diuinę potentię, cui omnia pariter sunt subiecta.

Tertia via ad hoc idem potest sumi ex ipsa fide nostra, quę est supra rationem collocata, ad quam probandam, vel improbandam nulla necessaria ratio potest attingere: nam si fides posset sufficienter improbari per rationem, non esset fides, quia esset falsa: falsa enim sunt quęcunque sufficienter per rationem improbari possunt: nec etiam potest necessaria ratio attingere ad fidem probandam, cum *fides sit substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium*, ad Hebr. cap. 11. Est enim fides de non apparentibus rationi nostrę, quia si fides esset de ijs, quę sufficienter apparent in lumine rationis nostrę, iam non esset fides, quia est de non sic apparentibus. sed dices nos credimus vnum Deum, & tamen potest per rationem sufficienter probari, quod vnus est Deus. Verum dici potest, quod sic credimus vnum esse Deum, quod cum illa vnitatem stat distinctio personarum, quę per rationem sufficienter

Aegid. super iij. Sent.

D.P. Aug.  
tom. 3.

Ad Hebr.  
cap. 11.

Fides est  
de non ap-  
parentibus  
lumine ra-  
tionis crea-  
ta.

ter probari non potest. Vel potest aliter responderi, quod hoc modo credimus vnum esse Deum, vt plus credamus, & plus adhareamus Scripturę diuinę hoc dicenti, quàm rationi philosophicę hoc demonstranti: cum ergo fides nostra sit de Verbo incarnato, iuxta illud Symboli: *Qui vult ergo saluus esse, ita de Trinitate sentiat. Sed necessarium est ad æternam salutem, vt incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat.* potest incarnatio necessaria nuncupari, vt subiectum fide credendum, ad æternam salutem consequendam.

Huic propo-  
sitioni Deus  
est, firmitus  
adheremus  
per fidem,  
quàm per  
ratiõem.  
D. Athan.  
in Symb.

RESP. AD ARCV M.

Ad primum dicendum, quod satisfactio fit Deo per acceptationem Dei, si ergo Deus aliter ordinasset saluare genus humanum, quàm per incarnationem Filij, vel cuiuscunque alterius diuinę personę, ordinasset etiam aliter de acceptatione satisfactionis sibi faciendę, propter quod licet in incarnatione Filij fuerit magna congruitas, vt patebit in quæstione sequenti tamen absolutè, & simpliciter non fuit necessitas.

Satisfactio  
dupliciter  
sumi potest  
vel iuxta  
diuinam ac-  
ceptionem  
congruè or-  
dinatã, vel  
vtabolutè,  
& simplici-  
ter fieri po-  
terat.

Ad secundum dicendum, quod in creaturis non est dare actum infinitum, sed fortè est ibi dare infinitum in potentia. Vel non est dare ibi infinitum in facto esse, sed est ibi dare infinitum in fieri, vt si cõtinuum est diuisibile in infinitum, semper poterit diuidi, & semper iste actus poterit esse in fieri, nunquam autem erit in facto esse, vt quod aliquando sit actu diuisum in infinitum: quia quod est in fieri, nondum est, & quod est in potentia, non est, & ideo non potest esse simpliciter, sed secundum quid, vt ex hoc non sit necessarium simpliciter, & absolutè per passionem Dei, vel per passionem alterius diuinę personę fieri redemptionem humanã, cum Deus, & qualibet diuina persona sit actu, & simpliciter infinita.

Offensa nõ  
fuit actu, &  
simpliciter  
infinita ex  
parte multi-  
plicabili-  
tatis perso-  
narum offen-  
dendum, sed  
tantum ex  
parte Dei  
offensi.

Ad tertium dicendum, quod sic oportebat fieri, & sic oportebat Christum Dei Filium pati, quia sic ordinauit Deus, vt per passionem Filij redimeret mūdum, sed hoc non est esse necessarium absolutè, & simpliciter, sed supposita diuina ordinatione, & per hæc patet solutio ad quartum, quia oportuit pati Christum, &

Necessariũ  
dupliciter,  
vel simplici-  
ter, & ab-  
solutè, vel  
ex ordina-  
tione Dei.

Philip. c. 2.

fic intrare in gloriam suam, quia sic ordinavit Deus, quòd esset *obediens Patri usque ad mortem, mortem autem Crucis*, & hoc fieret notum omnibus fidelibus, quòd esset super omnia exaltatus, & quòd haberet *nomen, quod est super omne nomen*, & quòd verè competeret ei hoc nomen Deus, quia *non rapinam est arbitratus esse se æqualem Deo*.

Cælum, &amp; terra transibunt, quia mutabuntur in melius.

Et per hoc patet solutio ad quintum, quia secundum ordinem diuinum præterit figura huius mundi, & cælum, & terra transibunt; quia non remanebunt post diem Iudicij in hac dispositione, in qua sunt modò, sed mutabuntur in melius, quia erit lux Lunæ sicut lux Solis, & lux Solis erit septupla ad lucem, quæ est modò, quia erit sicut lux septem dierum: sed antequam sic transeant, & immutetur cælum, & terra, implebuntur omnia, quæ sunt in lege, vt iota vnum, idest minima littera (quia iota est minima inter litteras) aut vnus apex, idest vnus paruus titulus, non vnus tenuissimus tractus, qui consuevit fieri in apice, idest in superioribus partibus litterarum, ad aliquid significandum, non præteribit à lege, donec omnia fiant, idest, donec omnia impleantur, quæ sunt in lege scripta: & quia in lege scriptum erat de Passione Christi, & passione Filij Dei, oportebat Christum pati: Verùm omnia hæc referenda sunt ad diuinam ordinationem, quam non impleri est impossibile, cum in ditione eius cuncta sint posita, & non est, qui suæ possit resistere voluntati: Ex his autem omnibus non arguitur hæc esse necessaria absolutè, & simpliciter, sed supposita diuina ordinatione.

Quid Iota, &amp; Apex significant.

## ARTIC. IV.

*Utrum congruentius fuerit incarnari Filium, quàm Patrem, vel Spiritum Sanctum, Concl. est affirmatiua.*

D. Thom. 3. p. q. 3. art. 8. D. Bonau. in 3. d. 1. art. 2. q. 3. Alenf. 3. p. q. 2. memb. 5. ar. 1. Aestius in 3. sent. d. 1. §. 5. Suárez. toth. 1. disp. 12. sect. 1.



VARTO quæritur, Vtrū congruentius fuerit incarnari Filium, quàm Patrem vel Spiritum Sanctum, & videtur, quòd non. Nam

A sic in mysterio Incarnationis monstrata, est sapientia, quia in reconciliatione fuit monstrata magna decentia, sic monstrata est ibi potentia, quia fuerunt coniuncta in infinitum distantia, scilicet natura diuina, & humana; sic etiam demonstrata est ibi bonitas, quia Deus non despexit hominem, quem plasmavit: sed hæc tria appropriata sunt tribus Personis; ergo non fuit magis congruum incarnari vnā personam, quàm aliam.

B Præterea, Inter cætera, quæ attribui- mus incarnationi, est victoria de hoste: sed victoria potissimè est attribuenda potentia: ergo fuit magis congruum, quòd Pater incarnaretur, cui appropriatur potentia.

Præterea. Recreatio respondet creationi, sed creatio attribuitur Patri, iuxta illud Genes. 1. *In principio creauit Deus cælum, & terram*: ibi enim Deus secundum Glosam stat pro persona Patris. Gen. cap. 1

C Præterea. Incarnatio facta est propter recipientem gratiam, & propter adoptionem filiorum: sed adoptio filiorum debet appropriari Patri, quia à Patre est omnis paternitas, quæ in cælo, & in terra nominatur: ergo &c.

Præterea probatur, quòd magis fuerit congruum incarnari Spiritum Sanctum. Quia videtur persona nobis vicinior, cum sit tertia in Trinitate persona, & post productionem Spiritus Sancti non sit dare productionem alterius personæ diuinæ, sed solum creature, & quia congruentius est viciniora coniungi: ergo &c.

D Præterea. Incarnatio attribuitur charitati, quia processit ex maxima charitate Dei: sed charitas appropriatur Spiritui Sancto: ergo &c.

IN CONTRARIUM. Semper primum in aliquo genere est causa omnium aliorum, quæ sunt post, vt potest haberi ex 2. Metaph. Sed filiatio primò inuenitur in Filio: ergo cum per personam incarnatam adepti sint homines filiatiōnem, congruentius fuit incarnari Filium, quàm personam aliam.

Præterea sapientiæ, & humilitatis est coniunctio maximè congrua, iuxta illud Prou. 11. *Vbi humilitas, ibi sapientia*. Sed sapientia appropriatur Filio: ergo humilitas incarnationis maximè cōgruit Filio.

Prou. c. 11

RE-

RESOLVTIO.

*Iuxta Diuinum hunc ordinem, quem no-  
uimus, Patrem, cuius notio est innasci-  
bilitas, cui non competit mitti, incar-  
nari non fuit congruum, ne Filius Dei  
in eo quod Deus dicatur nepos hominis.  
Rursus neque Spiritum Sanctum, ne  
non Filius, Filius dicendus sit, & plu-  
res in deitate Filij admittendi: item  
quia illi non competit congrue esse ter-  
minum incarnationis, qui est eiusdem  
appropriatè principium. Ex proprijs  
autem, & appropriatis Filij oratio-  
nibus colligitur congruitas, quod ipse  
dehuerit incarnari, non Pater, non  
Spiritus Sanctus.*

RESPONDEO: dicendum, quòd  
in hac quæstione hoc ordine procedem-  
us, quia primò declarabimus propter  
quæ non fuit congruum incarnari Patrè.  
Secundò patefaciemus propter quæ non  
fuit congruum incarnari Spiritum Sanctum.  
Tertiò dicemus propter quæ fuit  
congruum incarnari Filium, ex quibus  
apparere poterit veritas, quæ sit. Nam  
si non fuit congruum incarnari Patrem,  
vel Spiritum Sanctum, & fuit congruum  
incarnari Filium, secundum hunc modum  
quem videmus, non solum fuit magis  
congruum incarnari Filium, quàm Pa-  
trem, vel Spiritum Sanctum, sed etiam  
istud fuit congruum, illa autem non con-  
grua.

Propter primum sciendum, quòd Pa-  
trem incarnari, non fuit congruum tripli-  
citer. Primò quia repugnat propriè no-  
tioni Patris. Secundò, quia incarnatio  
Patris non posset propriè dici missio, cum  
ex missione reluceat in incarnatione bo-  
num obedientiæ. Tertiò, quia ex hoc pos-  
set esse quædam incongruitas in Filio,  
quia posset dici nepos hominis, etiam si  
non esset homo. Primò ergo non con-  
gruit patrem fuisse incarnatum, quia hoc  
repugnat propriè notioni Patris. Nam  
propria notio Patris est innascibilitas,  
quia ergo innascibilis secundum deita-  
tem esset nascibilis secundum humanita-  
tem, non fuisset congruum. Secundò hoc  
idem patet, quia si fuisset incarnatus Pa-

A cer, illa incarnatio non posset dici mis-  
sio, quia mitti non potest competere Pa-  
tri, vt supra declarauimus, & hoc potest  
haberi ex August. 2. de Trin. c. 12. propter  
quod non relucet ibi bonum obedientiæ,  
sicut relucet in Filio, qui missus à  
Patre in carnem, & ex hoc factus Patri  
obediens vsque ad mortem, relucebat in  
eo maximum obedientiæ munus. Tertiò  
hoc patet, quia resultare posset ex hoc  
quædam incongruitas in Filio, vt videtur  
tangere Anselmus 2. lib. Cur Deus homo.  
quia si Pater fuisset incarnatus, & fuisset  
natus ex Virgine, potuisset incarnari abs-  
que hoc, quod incarnaretur Filius. Filius  
ergo esset filius filij Virginis: ergo esset  
nepos Virginis: & quia esset filius filij  
Virginis: esset etiam nepos hominis, licet  
non factus homo: videtur ergo incon-  
gruum, quòd Dei Filius in eo quod Deus,  
sit filius filij hominis, & sic nepos ho-  
minis.

Viso non fuisse congruum incarnari  
Patrem, volumus ostendere non fuisse con-  
gruum incarnari Spiritum Sanctum pro-  
pter tria incongrua, quæ ibi sequerentur.  
Nam cum Spiritus Sanctus non possit dici  
Filius; sequeretur ergo hoc incongruum  
quòd non Filius in Deitate, esset Filius in  
humanitate. Quod etiam incongruum  
sequeretur, si persona Patris esset incar-  
nata.

Secundò esset hoc incongruum, quia ef-  
fent in deitate plures filij. Quod Anselm.  
in lib. de Incarnatione Verbi. asserit esse  
incongruum: hoc etiam incongruum se-  
queretur, si Pater esset incarnatus. pro-  
pter quod Anselm. in dicto lib. habet pro  
impossibili aliam personam fuisse incar-  
natam, quàm personam Filij, ne essent  
in illa Trinitate plures filij, quia vt ait:  
*paruum inconueniens est Deo impossibi-  
le: ergo &c.* Tertium incongruum fuisse  
ostenditur, si incarnatus fuisset Spiritus  
Sanctus, nam cum ei approprietur esse  
principium incarnationis: quia cum quæ-  
siuisset Virgo ab Angelo: *Quomodo fiet  
istud, quia virum non cognosco?* Respondit  
Angelus: *Spiritus Sanctus superueniet in  
te.* Quòd ergo Spiritus Sanctus, qui ap-  
propriatè est incarnationis principium sit  
incarnationis terminus (quia licet incar-  
natio facta sit à tota Trinitate, tamen  
quia

D. P. Aug.  
tom. 1.

B

C

D

D. Anselm.

Luc. cap. 1.

Quomodo  
incarnatio-  
nis opus ap-  
propriatè  
competat  
Spiritus Sã-  
cto.

quia fuit opus pietatis, & benignitatis appropriatur Spiritui Sancto, non videtur congruum.

Ostenso propter quæ non fuit congruum incarnari Patrem, & declarato propter quæ non fuit congruum incarnari Spiritum Sanctum, volumus patefacere per quæ fuit congruum incarnati Filium. Assignantur autem à Doctoribus, & Magistris octo congruitates, quare hoc fuit congruum, quatuor sumptæ sunt ex proprijs Filij, & quatuor sumptæ ex eius appropriatis. Nam proprium est Filij quòd sit Filius, & ex hoc sumitur vna congruitas. congruum enim erat, quòd ille, qui erat in deitate Dei Filius, esset in humanitate hominis filius, & hanc congruitatem tangit Magister in littera.

Secundo est proprium filij, quòd sit imago Patris, vt vult Damasc. 1. lib. cap. 17. Et ex hoc potest sumi secunda congruitas. Nam congruum erat, quòd imago creata, quæ relucet in homine recrearetur, & restauraretur per imaginem increatam, quæ competit filio. Tertio proprium est filio, quòd sit Verbum, iuxta illud Augustin. 3. de Trinitat. cap. 11.

*Eo Verbum quo Filius, & eo Filius quo Verbum*, & quia solum verbum mentale est illud, quod per sonum fit corporale, & sensibile, iuxta illud Augustini 15. de Trinit. cap. 11. *Verbum quod foris sonat, signum est verbi, quod intus lucet.* Ex quo potest accipi tertia congruitas, quia, sicut non mens, quæ representat Patrem, non amor, qui representat Spiritum Sanctum, sed solum Verbum fit sensibile, sonabile, & corporeum: sic congruum fuit non Patrem, nec Spiritum Sanctum incarnari; sed solum Verbum, idest solum Filium.

Quarto proprium est filio, quòd sit media in Trinitate persona, ex quo potest accipi congruitas quarta: quia sicut solus Filius est media in Trinitate persona, sic congruum fuit Deum incarnari, & esse Dei, & hominum mediatorem. Aduertendum tamen, quòd cum loquimur in diuinis de persona media, aut loquimur de ipsa processione, sic Filius est media in Trinitate persona, nam licet in illa Trinitate secundum rem nihil sit prius, nec posterius, nihil maius, aut minus, ta-

men secundum nostrum modum intelligendi, quia actus intelligendi præcedit actum voluntatis, Filius, qui procedit vt Verbum, & per actum intellectus, est mediâ in Trinitate persona, respectu Spiritus Sancti, qui procedit per actum voluntatis: sed si loquamur de ipso modo procedendi, sic Spiritus Sanctus, qui procedit per modum amoris. cum amor semper intelligatur esse quid medium inter amantem, & amatum, & esse quidam nexus connectens amantem cum amato, & è conuersò; sic Spiritus Sanctus potest dici persona media, quia est nexus Patris, & Filij, & amor vtriusque, & habens se tanquam medium, connectens vtrumque.

Declarato quomodo congruum fuit Filium incarnari ex quatuor, quæ possunt dici propria filio, poterit hoc idem ostendi, vt communiter ponitur ex quatuor, quæ sunt appropriata filio. Appropriatur enim filio, quòd sit Dei virtus, & sapientia, iuxta illud 1. Corinth. 1. *Prædicamus Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.* Tertio potest appropriari filio æqualitas, nam hoc est commune omni filio, quòd quatum est de se, est æqualis patri. Si autem impeditur ista æqualitas, hoc est propter indispositionem, materiæ, quia quantum est de se, semper virtus in semine patris habet adæquare filium. In Deo ergo vbi non est materia, nec aliquid materiale, quod possit hanc æqualitatem impedire, oportet quòd Filius per omnia sit æqualis Patri, iuxta illud Augustini 15. de Trinit. cap. 14. *Verbum ergo Dei Patris unigenitus Filius per omnia Patri est similis, & æqualis.*

Quarto potest appropriari filio pulchritudo, siue species. Nam Hilarius appropriat æternitatem Patri, speciem, seu pulchritudinem imagini, idest filio, vsum seu suauitatem muneris, idest Spiritui Sancto: quam appropriationem pertractat, & commendat August. 6. de Trinit. cap. vlt. Ex his autem quatuor appropriatis possunt sumi quatuor congruitates ad propositum. Nam sicut Deus omnia in sapientia creauit, sic congruum fuit, quòd omnia per sapientiam recrearet, & quia sapientia appropriatur filio, ideo congruum fuit, vt incarnaretur solus Filius,

Ex proprijs & appropriatis filio Dei, colliguntur octo congruitates, cur ille sit incarnatus.

D. Damasc.

D. P. Aug.

Quomodo Filius appellatur media in Trinitate persona.

Spiritus Sanctus potest rectissime appellari media in Trinitate persona, nexus nimirum inter amantem, & amatum.

Filio Dei quatuor appropriatur

2. Cor. 1.

D. P. Aug. tom. 3.

D. Hilari.

Filius, cui soli appropriatur sapientia, & A hanc congruitatem tangit Magister in littera. Secundò potest hæc congruitas sumi, prout Filio appropriatur virtus. Nam cum per incarnationem Dei deberet haberi victoria de hoste, cum victoria habeatur mediante virtute, congruum fuit solum Filium incarnari, cui appropriatur virtus. Tertiò congruitas potest sumi ex tertio appropriato. Nam cum per peccatum primorum parentum facta fuisset quædam iniustitia, & quædam inæqualitas ad recuperandam iustitiam, & æqualitatem; congruum fuit solum Filium incarnari, cui potest æqualitas appropriari. Ex quarto autem appropriato potest sumi quarta congruitas. Nam quia peccatum habet animam deturpare, congruum fuit, vt ille incarnaretur, cui appropriatur pulchritudo, vt per eum pulchri efficeremur, & à peccati turpitudine liberaremur. hic autem est ipse Dei Filius; ergo &c. Cum ergo quæritur. Vtrum fuerit magis congruum incarnari Filium, quam Patrem, vel Spiritum Sanctum. Patet, quòd non solum hoc fuit magis congruum, sed etiam incarnari Filium, fuit, C & est multipliciter congruum, incarnari autem Patrem, vel Spiritum Sanctum secundum hunc ordinem, quem videmus, est multipliciter incongruum.

RESP. AD ARGVM.

Ad primum dicendū, quòd in incarnatione Dei apparuit potentia, sapientia, & bonitas, vt in arguendo dicebatur, ideo congruum fuit, quòd tota Trinitas incarnationem illam operaretur. Argumentum ergo arguit de congruitate incarnationis, quantum ad principium, sed non de congruitate quantum ad terminum secundum, per quem modum congruitatis ostensum est congruum fuisse solum Filium incarnari. Aduertendum tamen, quòd istæ congruitates semper præsupponunt diuinum ordinem, quia de potentia Dei absoluta potuisset aliter esse, si Deus voluisset.

Ad secundum dicendum, quòd non spectat ad potentem, opprimere per potentiam minus potentem, quia hoc non esset opus laudabile, imò de potentibus

malè vtentibus potentia sua scribitur: *Potentes potenter tormenta patientur*, sed hoc est laudabile, quòd per iustitiam, & æquitatem, vel per æqualitatem fiat huiusmodi victoria, & quia hæc appropriatur Filio, modo, quo dictum est, ergo &c. Vel possumus dicere, quòd sicut Patri appropriatur potentia, quia ab ipso sunt omnia ita Filio appropriatur virtus, quia per ipsum omnia facta sunt. Est ergo ista victoria à Patre, sed facta est per Filium incarnatum, qui est Dei virtus, & Dei sapientia.

Quomodo potètia appropriatur Patri, & Virtus Filio.

B Ad tertium dicendum, quòd quantum ad propositum spectat, possumus considerare tria. Creationem, recreationem, & glorificationem, Creationem autem quasi primam operationem possumus appropriare Patri, glorificationem, quasi vltimam possumus appropriare Spiritui Sancto, sed recreationem, quasi mediam possumus appropriare Filio, qui est media in Trinitate persona.

Omnia ergo ista tanquam principio effectiuo, & operatiuo sunt à tota Trinitate, appropriatè verò possunt esse ab hac, vel ab illa persona. Ipsam enim incarnationem operata est tota Trinitas, sed terminata est ad solam personam Filij, quæ sola persona Filij congruitate termini est incarnata. Argumentum ergo cum deberet arguere de congruitate termini, arguit de congruitate principij, videlicet quòd huic personæ, vel illi tanquam principio potest hoc appropriari.

Distincta est ratio congruitatis termini, & congruitatis principij effectiuè in incarnatione.

Ad quartum dicendum, quòd non est inconueniens, idem vno modo appropriari Patri, & alio appropriari Filio. Adoptio ergo appropriatur Patri, à quo est, & appropriatur Filio, per quem est, quia omnia operatur Pater per Filium; omnes ergo nos filij adoptiui habemus ducem vnigenitum filium. Nam in hoc sumus filij adoptiui, quia *sumus heredes Dei, coheredes autem Christi*. ad Rom. 8. sed omnia hæc, prout congruitas incarnationis, vel liberationis nostræ, attribuitur alij quam Filio, arguunt de incarnationis principio effectiuo, non de incarnationis terminatiuo, vel arguunt de principio liberationis effectiuo, quia tota Trinitas operata est liberationem nostram: non arguunt de passione eius personæ, per

Idem pluri bus appropriari dupliciter, vel vna, & eadè ratione, vel pluribus, nõ est inconueniens idem distinctis rationibus appropriari Patri, & Filio.

Congruitas incarnationis, vel ex parte principij effectiuè, vel ex parte termini.

Congruitas assignatur præsupponitur ordinem diuinum. Dupliciter aliquid potentis tribui potest, vel absolute, vt sic, vel seruata iustitiæ æquitate.



per quam fumus liberati, quia solus Filius est passus, & solus Filius est incarnatus, Pater autem, nec Spiritus Sanctus, non sunt passi, nec incarnati, sed tota Trinitas ad hoc operata est, quòd Filius pro nobis incarnaretur, & pateretur.

Vicinitas ad nos dupliciter appropiari potest, vel quoad naturam, vel quoad dona.

Ad quintum dicendum, quòd vicinitas ad nos potest appropriari Spiritui Sancto, prout est charitas, & amor, in quo omnia dona dantur, tamen vicinitas ad nos quantum ad naturam magis competit Filio, quam Spiritui Sancto: Filio enim competit, quòd sit factus homo; & quòd sit eiusdem naturæ nobiscum, quòd non competit Spiritui Sancto.

Causa incarnationis absolute à tota Trinitate appropriatè Spiritui Sancto, cui competit amoris notio.

Ad sextum dicendum, quòd charitas fuit causa incarnationis, & ideo Spiritui Sancto potest appropriari incarnatio tanquam causæ, quia licet causa incarnationis fuerit tota Trinitas, appropriatè tamen ratione charitatis, & amoris specialiter attribuitur Spiritui Sancto.

Propter quod specialiter dicitur Christus conceptus de Spiritu Sancto. Incarnatio ergo non potest appropriari Spiritui Sancto tanquam termino, sed tanquam causæ.

## ARTIC. V.

*Utrum congruentius fuerit incarnationem fieri in tempore, in quo facta est, quam in alio tempore. Conclusio est affirmatiua.*

D. Thom. 2. p. q. 1. art. 3. & 6. Caiet. Medina. Cabrera ibidem. D. Bonau. in 3. d. 1. art. 2. q. 4. Ricchar. art. 2. q. 5. Aestius dist. 1. §. 3. Suar. tom. 1. disp. 6. sect. 2.



VINTO, & vltimò queritur de congruitate temporis incarnationis, & videtur, quòd Dei Filius non debuerit tantam differre incarnationem suam.

Nam plenitudo temporis videtur importare perfectionem: sed perfectio vniuersi facta fuit die septimo: ergo tunc fuit plenitudo temporis, ergo die septima debuit Dei Filius incarnari.

Præterea. si ex amore facta est incarnatio, cum amor causet accelerationem,

A iuxta illud Prouerb. 3. *Ne dicas amico tuo, neuertere cras, & dabo tibi, cum statim possis dare:* ergo Dei Filius debuit accelerare incarnationem, & passionem suam, & non differre illam vsq; ad finem mundi, iuxta illud, quod cantat Ecclesia de Christo, quod est creator omnium, homo in fine temporum.

Præterea. Quantò magis differtur medicina, tantò magis est periculosus morbus: cum ergo Christus sit sapiens Medicus, videtur, quòd propter periculum, tanti morbi, non debuit tantum differre ad veniendum, & ad sanandum nos.

Præterea. Ad Titum 2. dicitur de Deo: *Vult omnes homines saluos fieri.* sed si Christus fuisset incarnatus antea, multi fuissent saluati, iuxta illud Matth. 11. *Si in Tyro, & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, pœnitentiam egissent:* debuit ergo Christus ante incarnari: quia plures homines videntur esse damnati, ex dilatione incarnationis suæ.

IN CONTRARIUM est: quia perfectio magis debetur fini, quam principio, ergo Incarnatio, quæ est terminus perfectionis debuit magis fieri circa finem seculi, quam in principio.

Præterea, res quæ cito, & de facili habetur, minus chara, & pretiosa reputatur: si ergo Dei Filius citò, & circa principium mundi fuisset incarnatus, eius aduentus non ita charus, nec ita preciosus fuisset habitus, & quia tantam rem vilescere fuit omnino incongruum, non fuit ergo congruum, quòd statim, & in principio temporis, sed circa finem temporis Filius Dei incarnaretur.

## D RESOLVTIO.

*Quia non fuit simpliciter necesse Deum incarnari, neque possunt assignari cause necessariae temporis incarnationis. Congruè tamen voluit Deus tantum differre missionem Filij sui in carnem ad nos redimendum à peccato: idq; quinque potissimis congruitatibus ostenditur.*

RESPONDEO: dicendum, quòd quicquid dicimus in hac materia, oportet referre ad ordinem diuinum. Nam ideo Dei Filius fuit tali tempore Incarnatus, quia

quia sic ordinavit Deus . possumus ergo congruitates aliquas assignare , quare tali tempore est incarnatus Filius Dei, sed omnes illæ congruitates præsupponunt diuinam ordinationem . Nam secundum Magistrum ipsi Adæ, etiã ante peccatum, fuit reuelata Christi incarnatio, ait enim super illo Genes. 2. *Immisit Deus soporem in Adam* ; quòd non somnum , sed soporem , idest extasim misit , in qua extasi creditur Adam interfuisse supernæ curiæ , vnde euigilans prophetavit de coniunctione Christi, & Ecclesiæ, & de diluuiio futuro , & de Iudicio per ignem . Sed hoc dictum videtur multipliciter dubium , certum est enim , quòd Adam post peccatum habuit fidem de mediatore futuro, quia secundum August. de Civ. Dei lib. 18. cap. 42. *Nulli concessum est pertinere ad spiritualem Hierusalem, cui non est reuelatus Christus* . propter quod Adã post peccatum habuit fidem de mediatore Christo, quia aliter non pertinisset ad spiritualem Hierusalem . Sed quòd ante peccatum in illo sopore reuelatus fuerit ei Christus , & maximè , quia non creditur Christus fuisse incarnatus , si Adam non peccasset , propter quod si reuelatus fuit Adæ Christus ante peccatum, videtur quod reuelatum ei fuerit suum peccatum proprium, quod est omnino inconueniẽs , quia tũc fuisset pœna ante culpã . Ad hoc autem potest multipliciter responderi .

Primò quidem , quia si non peccasset Adam, potuissent peccare aliqui de stirpe sua , ad quorum peccatum tollendum potuisset Dei Filius incarnari . Vel possumus dicere , & melius , quòd cum alicui reuelatur aliquid , non est necesse , quòd ei reueletur plenè , & perfectè , & secundum omnes conditiones eius: multa enim fuerunt Prophetis reuelata de Christo , sed non fuerunt eis reuelata omnia, & singula quæ fecit Christus . Præuidit enim Deus ab æterno , quòd debebat Filium mittere in carnem , & quòd Adam debebat peccare , & ad tollendum peccatum generis humani , & ad conferendam gratiam , debebat suum Filium mittere in carnem . Adæ fortè fuit hoc reuelatum , quòd Christus debebat coniungi Ecclesiæ per gratiam . & quòd Christus debebat esse mediator noster, quantum ad conse-

A rendam gratiam , quam Adam in sui primordio non acceperat . Nam, vt diximus in Secũdo, Adam fuit creatus cum originali iustitia, per quam poterat stare , non autem fuit creatus in gratia , per quam posset proficere . Potuit ergo hoc modo Adæ reuelari Christus absque eo , quòd reuelaretur sibi peccatum proprium , etiam dato quòd Christus non fuisset incarnatus , si Adam non peccasset , quia non oportet omninò reuelationem , esse omnimodam, & plenam secundum singulas circumstantias .

B Cum ergo quaeritur de tempore incarnationis Filij Dei , quia non fuit necesse Dei Filium incarnari , licet hoc fuisset valdè congruum , quia alius modus fuit possibilis , vt patuit per August. ideo non possumus ad hæc assignare causas necessarias . Assignabimus autem quasdam congruitates , & quasdam rationes congruas . Possumus autem assignare quinque congruitates, quare Deus voluit tantum differre missionem Filij sui in carnem ad nos redimendum à peccato , & ad saluandum per gratiam : vt Prima congruitas sumatur ex parte duplicis legis præcedentis tempus plenitudinis , siue tempus gratiæ . Secunda ex parte ipsius temporis . Tertia ex parte ipsius gratiæ . Quarta ex parte ipsius Verbi . Quinta ex parte mutabilitatis naturæ .

Prima congruitas sic patet. Nã tempus plenitudinis, & tempus gratiæ præcedit duplex lex, scilicet lex naturæ, & lex scriptæ; nã semper dispositio ad formam præcedit ipsam formam : homo enim peccauit per superbiam , debebat autem à peccato resurgere per gratiã : oportebat ergo quòd homo primò disponderetur per gratiam, & per humilitatem, quia peccauerat per superbiam , & post eam inciperet tempus plenitudinis, & gratiæ . In tempore enim legis naturæ fuit humiliatus homo, suam ignorantiam agnoscendo , quia in quot errores inciderint homines tempore legis naturæ, quia adorabant , & colebant idola, & demonia tanquam Deos , iuxta illud : *Omne, Dij gentium demonia* ; potest cuilibet esse notum : sed in tempore legis scriptæ , per quam Deus factus est notus , iuxta illud . *Notus in Iudæa, Deus* . humiliatus est homo, suam impo-

Auctor in 2. sent.

Quinque congruitatibus ostendi potest, cur nõ sit facta prius incarnatio .

Prima ex parte nostre dispositionis .

Gen. 2.2.

D.P. Aug. tom. 3.

Adæ ante peccatum fuit reuelatum mysterium incarnationis, sed non fecerunt omnines conditiones eius



Ab. c. 15.

tentiam aduertendo. cognoscebat enim homo tempore legis scriptæ, per legem peccatum, sed lex illa non conferebat gratiam, per quam posset homo vitare peccatum, ideo scribitur Act. 15. *Hoc est iugum, quod nec nos, nec Patres nostri portare potuimus*. Homo ergo primò debuit humiliari per legem naturæ suam ignorantiam cognoscendo, & postea per legem scriptam suam impotentiam aduertendo, antequàm inciperet tempus plenitudinis, & gratiæ, vel aduentus Christi, vt sic prius humiliatus, ad recipiendum gratiam esset dispositus.

Quando ergo consideramus in quanta ignorantia fuerunt Patres nostri in lege naturæ, & in quanta impotentia, & in infirmitate fuerunt ad implenda mandata, sub lege scripta, finis magis humiles sub Christo, in tempore plenitudinis, & gratiæ, & sumus magis apti ad recipiendum gratiam.

Secunda congruitas ex parte temporis. D. P. Aug. tom. 3.

Secunda congruitas sumitur ex parte ipsius temporis, & hanc tangit August. 83. quæst. q. 49. vbi hanc quæstionem quærit, quare Christus non in principio peccati hominis, sed tanto tempore post, venit, & assumpsit carnem, assignans pro causa, quod sicut quælibet ætas hominis habet suam pulchritudinem, & non esset bonum hominem semper esse iuuenem, quia tollerentur pulchritudines aliarum ætatum, sic oportet totum genus humanum, vel totum mundum sub quibusdam ætatibus suum cursum peragere. & quælibet ætatem suam pulchritudinem habere, & ratio cursus totius mundi aliquando assimilatur ætatibus vnius hominis, secundum quem modum cantat Ecclesia, quod Christus est factus homo in fine temporum, & in vltima ætate mundi, iuxta illud Apostoli: *Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt*: nec oportet propter hoc, vt sciamus quando finiatur mundus, quia adhuc potest durare quantum durauit, vel plusquàm durauerit, quia vltima ætas, quæ incipit post 40. annos, aliquando durat, vel durare potest tantundem, vel plusquàm omnes aliæ ætates. Aliquando cursus totius mundi assimilatur cursui vnius diei, vt prima hora, vel summum manè, quando exiuit Paterfamilias ad conducendum

A operarios in vineam suam, incæpit ab Adam vsque ad Noe. Secunda à Noe vsque ad Abraham, & sic de alijs. vltima autem hora, idest vespertina incæpit iub Christo, iuxta illud: *Vergente mundi vespere, vti sponsus de thalamo egressus, &c.* voluit ergo Deus alias ætates, & alias horas præcedere aduentum Christi, & quælibet ætas mundi, & quælibet hora mundi gaudet sua pulchritudine, vt postea, vltima ætas, vel vltima hora, quæ incæpit sub Christo, esset ætas, vel hora plenitudinis pulchritudinum omnium aliarum

B horarum, & omnium aliarum ætatum; & ideo congruum fuit, vt tantum differretur aduentus Christi, vt hoc fieret in tempore plenitudinis, idest in tempore complectente pulchritudinem aliorum temporum. Tertia congruitas ad hoc potest esse ex parte ipsius gratiæ: nam gratia, quæ est perfectio naturæ magis se tenet cum gloria, quàm cum natura. Natura enim propriè loquendo non est idem, quod gratia, sed gratia propriè loquendo est idem quod gloria; Nam idem est gloria, quod gratia consumata. Debuit ergo circa finem mundi, quando appropinquamus ad gloriam, incipere tempus plenitudinis, & tempus gratiæ. Non autem debuit hoc fieri in principio mundi, quando producta fuit, & inchoata nostra natura.

Tertia congruitas ex parte gratiæ.

C Aduertendum tamen, quod in omni ætate mundi, & in omni hora mundi fuerunt aliqui boni habentes diuinam gratiam, sed non fuerunt in illa plenitudine, idest multitudine, in qua fuerunt, & sunt post passionem Christi, post prædicationem Apostolorum, & post conuersionem mundi ad Christum: quia secundum Magistrum historiarum in ipso Adâ ante peccatum, idest in illo sopore immisso Adæ incæpit fides de mediatore Christo, saltem quantum ad gratiam, sed post peccatum hæc fides est augmentata, quia non solum fuit quantum ad gratiam largiendam, sed etiam quantum ad peccata tollenda.

Non defuerunt in omni ætate mundi qui Diuinam habuerunt gratiam.

D Quarta congruitas potest sumi ex parte ipsius Verbi. Nam ad annunciandum tantum Dominum, quantus est Christus Dei Filius, qui non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, multæ præconizationis.

Quarta congruitas ex parte Verbi.

zationes debebant præcedere in Symbolis tempore legis naturæ, & in Prophetis tempore legis scriptæ, & ideo congruum fuit missionem Filij Dei in carnem ultimo tempore fieri, vt per præcedentia tempora possent huiusmodi præconizationes præcedere.

Quinta congruitas ex parte imbecillitatis nostræ.

Quinta cōgruitas sumi potest ex parte mutabilitatis nostræ, ne refrigesceret charitas nostra; nam si Christus venisset in principio, vel circa finem mundi, vel in alijs ætatibus præcedentibus, fortè per diuturnitatem temporis homines tœdio affecti non essent sic ardentes, nec sic feruentes ad credendum, iuxta illud: *Quando venerit Christus, nūquid inueniet fidē.*

RESP. AD ARGVM.

Perfectio gratiæ per aduentum Christi magis debuit appropinquari perfectioni gloriæ, quæ est in fine mundi, quam perfectione nature, quæ fuit in principio mundi.

Ad primū potest patere solutio per iam dicta. Nam cum triplex sit perfectio naturæ, gratiæ, & gloriæ: perfectio gratiæ, quæ fuit in tempore plenitudinis, & in aduētū Christi, magis se tenet cum perfectione gloriæ, quæ maximè erit in fine mundi, quam cum perfectione nature, siue cum perfectione naturali, quæ fuit in principio mundi, & ideo aduentus Christi, designans perfectionem gratiæ, debuit esse circa finem mundi.

Verus amor causat accelerationem doni, non simpliciter, sed si expediat.

Ad secundum dicendum. Quod amor causat accelerationem doni, sed nō antequam expediat illi, cui datur: quia tūc illud donum non esset sic proficuum accipienti. Debuit ergo Filius Dei accelerare incarnationē suam, & accelerauit tempore congruo, & expedienti, quia statim cum fuit tempus congruum, & expediens secundum suam prouidentiam, & prædestinationem æternam, Dei Filius factus est homo, & assumpsit carnem pro nobis.

Alia est ratio morbi corporalis, à ratione morbi spiritualis, qui nō sanatur, nisi volūtas infirmi libere concurrat.

Ad tertium dicendum. Quod morbus corporalis potest sanari, etiam inuito infirmo; multi enim inuiti secantur; & propter huiusmodi sectionem inuoluntariam sanantur, sed de morbo spirituali, non sic. Nam sicut omne peccatum ad eō est voluntarium, quod si non est voluntarium, non est peccatum, secundum August. sic & de sanatione dicere possumus, quod oportet aliquo modo esse voluntariam, ideo oportuit præcedere dispositionem humani generis ad volēdum sanationem ipsam. & hoc fuit idem genus disponēdū ad gratiam antequam veniret plenitudo

Aegid. super iij. Sent.

A temporis, vel plenitudo gratiæ, vel incarnatio Christi.

Ad quartum dicendum, quod omnia ista dependent ex ordinatione diuina, & ex diuino beneplacito; apparebit enim in die Iudicij tanta Dei iustitia, & quilibet clarè videbit, quod nullus saluatur nisi per Dei gratiam, & misericordiam: & quod non saluabuntur nisi prædestinati, & non damnabuntur nisi præsciti; & tamen multi præsciti, si agerēt finalem poenitentiam de peccatis suis, saluarentur, & multi prædestinati si morerentur cum finali impenitentia, damnarentur. Istæ ergo conditionales sunt veræ, quod si facta essent virtutes in Tyro, & Sydone, quæ facta fuerunt in Hierusalem, &c. & tamen antecedens est impossibile, quia sic fuit necesse fieri, sicut Deus ordinauit, & impossibile fuit aliter fieri, quam Deus ordinauerit, vel præsciuerit. Nam in scientia Dei omnia sunt præsentia, & sic est necesse fieri, quod Deus præsciuit, sicut omne quod est, quando est, necesse est esse: Ista enim est vera conditionalis, si homo est asinus, homo est irrationalis, & tamen tam antecedens, quam consequens est impossibile.

Paucitas vel pluralitas saluandorum non debet attendi, seu considerari simpliciter, sed secundum ordinationē, & diuinum beneplacitū ex Dei gratia, misericordia, & iustitia.

Dub. I. Litteralis.



VPER litteram. Primò quæritur de illo verbo (*Plenitudo temporis*) Quare tempus missionis Filij in carnem, dictum est tempus plenitudinis?

RESPONDEO dicendum, quod propter multa tēpus aduentus Christi dictū est tempus plenitudinis. Primò, quia nunc impleta est diuina ordinatio: nam ab æterno fuit ordinatum, & prædestinatum a Deo; quod Dei Filius esset hominis Filius in tali tempore, & nasceretur ex femine Dauid secundum carnem. ad Rom. i. Secūdo aduentus Christi dicitur tempus plenitudinis, non solum propter adimpletionem diuinæ ordinationis, sed etiā propter adimpletionē diuinæ promissionis: nā quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, quod nasceretur ex femine Dauid secundum carnē, quando incarnatus est Dei Filius, fuit

Quare tempus aduentus Filij Dei in carnem, dicatur plenitudo temporis.

Rom. c. i.

E ista

ista promissio adimpleta. Tertio tempus aduentus Christi, vel tempus missionis Filij in carnem potest dici tempus plenitudinis propter perfectionem vniuersi. Nam hoc fuit ad maximam perfectionem vniuersi, quod homo vltimo creatus vniretur suo Creatori, & suo principio; modo per aduentum Christi factum est, quod homo sit Deus, & Deus sit homo. Quarto tale tempus dicitur tempus plenitudinis propter plenitudinem gratiae, iuxta illud Ioann. 1. *de plenitudine eius nos omnes accepimus.* Quinto huiusmodi tempus dicitur tempus plenitudinis propter adimplerionem figurarum; nam veritas est adimpletio figurarum, iuxta illud Io. 1. *Lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est.* Sexto praefatum tempus dictum est tempus plenitudinis propter adimplerionem legis, iuxta illud Matth. 5. *Non veni soluere legem, sed adimplere:* Multa namque diminute continebantur in lege, quae Christus adimpleuit; non enim continebatur, vel praecipiebatur in lege, quod homo diligeret inimicos, Christus autem id docuit, & quod docuit fecit, iuxta illud: *Caepit Iesus facere, & docere.* primo enim faciebat, postea factus, & verbo docebat. Septimo dictum est tempus plenitudinis propter adimplerionem diuinae voluntatis, quia quod lex permittebat, non prohibebat, licet hoc esset contra Dei voluntatem, Christus non permisit, sed prohibuit: vt apparet de libello repudij, propter quod dixit Christus: *Quos Deus coniunxit, homo non separet.* voluit enim Deus quod semper maneret vinculum coniugale, non voluit mulierem a viro discedere, & si discederet, manere inupta: sicut vellet Magister, quod puer tota die legeret, sed propter pronitatem pueri ad ludendum, concedit sibi aliquam horam vt possit ludere. Si ergo primus Magister diceret puero, ludas tali hora, secundus Magister diceret non ludas aliqua hora, secundus Magister mandatum primi Magistrum non solueret, sed potius adimpleret, sic lex permisit aliqua, quae Christus prohibens, non soluit legem, sed potius adimplet. Octauo aduentus Christi fuit plenitudo temporis, quia tunc natus fuit Dominus temporis, & illud, quod erat causa temporis, & res per amplius, & perfectius sunt

Io. cap. 1.

Io. cap. 1.

Matth. c. 5.

Act. cap. 1.

Christus dū prohibuit, quod lex antiqua permittebat, magis, & perfectius adimpleuit voluntatem Dei.

A in suis causis, vel sua causa, quam in se ipsis, vt potest haberi à Dionysio 2. de Diuinis nominibus.

D. Dionys.

## Dub. II. Litteralis.




ALTERIVS forte dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur (*Misti Deus Filium suum*) factum &c.

Contra. In Symbolo dicitur de Filio,

B quod est genitus non factus. Dicendum, quod Christus secundum Deitatem est genitus non factus, sed secundum humanitatem potest dici factus, & si non potest dici factus simpliciter, ne intelligatur persona Verbi, vel suppositum Verbi esse factum, potest tamen dici factus homo, quia factum est, quod Dei Filius sit homo, & quod persona Verbi sit homo, quia est Deus, & homo, & perfectus Deus, & perfectus homo.

Quomodo Christus dicitur factus.

## Dub. III. Litteralis.



ALTERIVS forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur in littera (*factum ex muliere*)

Contra. Mulier videtur sonare corruptionem, quia videtur esse mulier quasi molliens virum, sed talem, non decebat esse Matrem Christi: ergo &c.

DICENDVM quod mulier potest sonare corruptionem, & potest significare proprietatem sexus: ergo factum est de muliere, non propter corruptionem, quia natus est de Virgine, sed propter proprietatem sexus: sic dicitur, quod de costa Adae formata fuit mulier, quae non corrupta, sed virgo formata fuit.

Quomodo factus ex muliere.

## Dub. IV. Litteralis.



ALTERIVS forte dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur (*factum sub lege*). Contra. 1. ad Tim. 1. *Iusto lex non est posita, sed iniustis, impijs, peccatoribus, sceleratis, & cõtaminatis.* &c.

Quomodo factus sub lege. 1. Tim. c. 1.

RESPONDEO, quod aliquis dicitur

Tripli ceter  
dicitur ali-  
quis subdi-  
tus legi.

citur esse sub lege tripliciter, vel quantum ad timorem, quia timet legem, & ideo subditus est, & suppositus legi, vel quantum ad subuentionem, quia subuenitur sibi per legem, vel quantum ad impletionem, quia implet legem, & conseruat praecepta legis, & si volumus possumus haec duo ad inuicem separare, vt iste tertius modus sit duo modi, quia impleri legem potest dupliciter esse, vel obseruare in se praecepta legis, vel supplere, & adimplere, quod lex diminute dicit. primo quidem modo iusti non sunt sub lege, imò sunt supra legem, quia non faciunt praecepta legis ex timore, sed amore. Secundo modo omnes homines, praeter Christum, sunt sub lege, quia solus Christus fuit inter mortuos liber, quia solus ipse fuit sine omni peccato, omnes autem alij homines, & mulieres concepti fuerunt in peccato originali. Quantum ergo ad subuentionem omnes sub lege, quia omnibus subuenitur per sacramenta legis, vel legis naturae, vel legis scriptae, vel Euangelicae, semper enim ab originali peccato sunt saluati homines aliquo modo per sacramenta legis, vel per conditorem legis, quia sanctificati in vtero, si non subueniebatur eis per sacramenta legis, subueniebatur per conditorem legis. His ergo duobus modis Christus non fuit sub lege, quoniam non fuit conceptus in originali, nec fuit in aliquo peccato actuali, sed alijs duobus modis fuit sub lege, quia fuit circumcisus, & oblati in Téplo, sicut praecipiebatur in lege. Adimpleuit etiam legem, quia quod lex diminute dicit, ipse suppluit.

Dub. V. Litteralis.



**V**LTERIVS forte dubitaret aliquis de eo, quod in littera dicitur (vt eos qui sub lege erant redimeret.) Contra. Quia ipse non solum venit saluare Iudaeos, qui erant sub lege, sed etiam totum genus humanum: quia vult omnes homines saluos fieri, & de plenitudine eius omnes nos accepimus.

DICENDVM, quòd licet ipse venerit pro salute totius humani generis, quod à Aegid. super iij. Sent.

Quomodo  
dicatur ve-  
nisse Chri-  
stus ad redi-  
mèd. eos,  
qui sub le-  
ge erant.

tamè speciali modo fuit missus ad Iudaeos iuxta illud Matth. 15. *Non sum missus, nisi ad oues. &c.* Iudaeis ergo prius erat praedicandum Verbum Dei, & erant primò conuertendi, & per eos debebāt conuerti alij, sed quia ipsi indignos se fecerunt, & noluerunt recipere verbum, ideo Apostoli conuerterunt se ad gentes, iuxta illud Act. 13. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis aeterna Vita, ecce conuertimur ad Gentes.*

Dub. VI. Litteralis.



**V**LTERIVS forte dubitaret aliquis de eo, quod dicitur in littera (*haec est mulier euangelica*) Quomodo Sapientia Dei dicitur mulier.

Quo sensu  
Dei sapien-  
tia dicitur  
mulier.

DICENDVM, quòd Sapientia dicitur mulier, non propter fragilitatem, sed propter foecunditatem, iuxta illud Eccles. 24. *Venite ad me, &c.* & sequitur: *& à generationibus meis adimplemini.*

Dub. VII. Litteralis.



**V**LTERIVS forte dubitaret aliquis de eo, quòd in littera dicitur (*Nec eandè Trinitatem in specie columba.*) Cōtra. Quicquid fuit in illa columba totum fuit in Trinitate, ergo &c.

DICENDVM, quòd illa columba, siue fuerit animal verum, siue fuerit habēs similitudinē animalis, dupliciter poterat considerari, vel vt res quaedam, & sic erat à tota Trinitate, vel vt signum quoddam, & sic poterat significare non totam Trinitatem, sed solam plenitudinem inuisibilis missionis Spiritus Sancti.

DISTINCTIO II.



**E**t quia in homine, &c. Postquam Magister determinauit de Incarnatione Verbi quantum est ex parte assumētis humanam naturam in parte ista (vt dicebatur determinat de huiusmodi In-

carnatione ex parte naturæ assumptæ.

Circa quod tria facit. Quia primò determinat de ipsa natura assumpta quantum ad quidditatem. Secundò quantum ad qualitatem. Tertiò quantum ad causam. Secunda ibi. *Queritur etiam*. in principio 3. distinct. Tertia ibi: *cum verò Incarnatio*. in principio 4. distinctionis.

Prima verò pars continet præsentem lectionem, & distinctionem, in qua duo facit. Quia primò determinat de natura humana assumpta, quantum ad totalitatem: Secundò quantum ad ordinem. Secunda ibi. *Assumpsit igitur*.

Circa primum tria facit: quia primò determinat de natura assumpta quantum ad suam totalitatem. Secundò ex hoc remouet quendam errorem, quod nomine naturæ humanæ non substantia, sed proprietates intelligitur. Tertiò hoc errore remoto concludit veritatem intentam. Secunda ibi. *errant igitur*. Tertia ibi. *Tota igitur hominis*.

Tunc sequitur illa pars: *Assumpsit igitur*. in qua determinat de natura humana assumpta quantum ad ordinem. Circa quod duo facit, quia primò determinat de huiusmodi natura, quantum ad ordinem partium, dicēs, quod Dei Filius assumpsit carnem mediante anima. Secundò determinat de huiusmodi ordine quantum ad tempus, dicens, quòd simul tempore assumpsit animam, & carnem. Secunda ibi, *Si autem queritur*. Et in hoc terminatur sententia præsentis lectionis, & distinct.

Circa hanc distinctionem queritur de duobus principaliter: primo de ipsa natura assumpta: Secundò de ordine assumpti.

### QVAESTIO I. PRINCIP. D

*De natura assumpta.*



CIRCA primum queruntur quatuor. Primò quantum ad totalitatem. Vtrum Dei Filius totam humanam naturam assumpsit. Secundò quantum ad indiuiduationem. Vtrum Christus assumpsit naturam humanam in omnibus suis indiuiduis.

Tertiò comparando naturam humanam assumptam ad naturam Angelicam.

A Vtrum natura humana fuerit magis assumptibilis quàm Angelica.

Quartò comparando naturam humanam assumptam ad naturam irrationalem. Vtrum natura irrationalis sit assumptibilis, vel possit assumi à Verbo.

### A R T I C. I.

*Vtrum Dei Filius totam naturam humanam assumpsit. Conclusio est affirmatiua.*

B

D. Thom. 3. p. q. 5. per totam. Caiet. Medina. Cabrera ibidem. Richard. Scot. in 3. dist. 2. q. 1. Alen. 3. p. q. 4. memb. 4. Vasq. ad 3. p. c. 1. disp. 36. per totam. Suar. tom. 1. disp. 15. Ioseph Ragusain 3. p. disp. 63.



D primum sic proceditur. Videtur quòd Dei Filius totam naturam humanam non assumpsit. Quia non videtur, quòd assumpsit carnem,

dicitur enim ad Galat. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum, &c.* sed talis pugna non fuit in Christo: ergo &c.

Al. Qu. 5.

Præterea. In carne est similitudo vestigij tantum, non imago: sed hoc non sufficit ad hoc quòd aliquid sit assumptibile, saltem de congruo: ergo &c.

Præterea. maior est gratia vnionis, quàm gratia fruitionis; sed gratia fruitionis, caro non potest vniri Deo, vt fruatur eo: ergo multò magis non potest vniri ei, vt sustentetur in vna persona cum eo.

Præterea. caro videtur facere ad impedimentum cognitionis, vel reuelationis diuinæ, iuxta illud quod dicit Dominus Petro; *Caro, & sanguis non reuelauit tibi*, sed tale quòd non videtur assumptibile: ergo &c.

IN CONTRARIUM est, quòd habetur ad Rom. 1. *Quod factum est ei*, id est, *Deo Patri ex semine David secundum carnem*. Præterea dicitur ad Hebr. 2. *nequaquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ*: sed cum semen sit quid corporale, & quid carnale: ergo &c.

Rom. c. 1.

Ad Hebr. cap. 2.

Dub. I. Lateralis.

A

*Utrum Christus cum carne assumpserit etiam animam. Conclusio est affirmatiua.*



LTERIVS dubitatur de ipsa totalitate, quia non videtur, quòd Dei Filius assumpserit totam naturam humanam, & specialiter quòd assumpserit animam; sed videtur assumpsisse solam carnem, quia vt dicitur Ioan. 1. *Et Verbum caro factum est.* sed hoc non potest intelligi, quòd Verbum sit conuersum in carnem: Si ergo hoc non intelligitur quantum ad conuersionem, oportet, quòd intelligatur quantum ad assumptionem: & quia ibi fit mentio de sola carne, & non de anima: ergo &c.

Io. cap. 1.

Præterea. Corpus non indiget anima, nisi vt uiuat per animam: si ergo caro illa erat coniuncta ipsi Verbo, quod est via, veritas, & vita, non indigebat anima, vt uiueret per animam.

Præterea. Ipsa persona Verbi est sufficiens principium cuiuslibet operationis: Si ergo Christus assumpsisset animam, & carnem, hoc fecisset vt anima in carne esset operationis principium: sed huiusmodi superabundans principium erat ipsa persona Verbi: ergo caro illa non indigebat alia anima, sicut non indigemus lumine candelæ, quando habemus lumen Solis.

IN CONTRARIUM est, quia Christus curauit, & sanauit nostram naturam per hoc, quod eam assumpsit; sed principaliter venit ad sanandum animam, quam corpus, vel carnem: ergo non solum assumpsit carnem, sed animam etiam.

Præterea. Si in illa carne fuisset Dei Filius motor sine anima, nunquam Christus fuisset fatigatus ex itinere, sicut corpora coelestia non fatigantur, quia habent motrices intelligentias, multò magis corpus illud non fuisset fatigatum, si absque anima fuisset immediatus motor Dei Filius, cuius contrarium habetur Ioann. cap. 4.

Io. cap. 4.

*Iesus autem fatigatus &c.*

Aegid. super iij. Sent.

Dub. II. Lateralis.

*Utrum Christus assumpserit formam totius. Conclusio est affirmatiua.*



LTERIVS dubitari potest de totalitate naturæ assumpse, quia dato, quòd Christus assumpserit carnem, & animam, non videtur, quòd assumpserit formam

B

totius, quia vt ait Damascen. lib. 3. c. 3. In Christo Iesu non est communem speciem accipere. Assumpsit ergo Christus animam, & carnem, sed non animam coniunctam carni, quia tunc ex illa coniunctione resultasset quædam natura communis, vt quædam forma, vel quædam species totius, quam secundum Damasc. in Christo non est accipere.

D. Damasc.

Præterea secundum Boetium, *Species est totum esse indiuidui*: Si ergo Christus assumpsisset animam coniunctam carni, & ex hoc resultaret humanitas, vel species humana: illa species esset totum esse Christi, quod est impossibile, vt esse diuinum comprehendatur per aliquam rem creatam.

Boet.

Præterea. In littera dicitur, quòd nomine humanæ naturæ intelligitur corpus, & anima: sed nec corpus est forma totius, nec anima est forma totius, quia non est forma, quæ sit totum. Christus ergo non assumpsit totam naturam humanam, quia vt videtur non assumpsit aliquam naturam, quæ sit totum.

IN CONTRARIUM est, quia forma totius in rebus animatis resultat ex coniunctione animæ ad corpus: sed Christus assumpsit animam coniunctam corpori, aliter non fuisset corpus illud uiuum: ergo &c.

Præterea homines conueniunt ad inuicem in specie, quia conueniunt in forma totius, vt quia conueniunt in humanitate, quæ est forma totius, idest forma, quæ est totum, ideo sunt eiusdem speciei; sed Christus est eiusdem speciei cum alijs hominibus; ergo &c.



## RESOLVTIO ART. I.

*Repulsis erroribus Manicheorum, Arianorum, & Apollinaris, catholica conclusio est, quod Christus integram naturam humanam assumpserit, hoc est, veram carnem, vera anima informatam, per quam erat formaliter, & propriè homo viuens.*

RESPONDEO ad quæstionem primam, cum quæritur. Vtrum Christus assumpserit carnem veram. Dixerunt Manichei, quod non, sed habuit carnem, vel corpus similitudinarium, vel phantasticum.

Error Manicheorum, quod Christus non habuerit verum corpus, respicitur.

Io. cap. 14.

Ad quod dicendum ideò fortè moti fuerunt, quia posuerunt plures Deos, videlicet Deum bonum, siue Deum lucis, qui creabat spiritualia, & Deum malum, siue tenebrarum, qui creabat ista corporalia, fortè ergo vt saluarent illud verbum Christi Io. 14. *Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam: ne cogerentur dicere, quod Princeps huius mundi haberet in Christo quicquam, si Christus habuisset verum corpus: quia diabolus dicitur Princeps huius mundi, secundum eos, quia est creator, & productor omnium mundanorum corporum: ideo non posuerunt in Christo verum corpus.*

Confutatur error Arianorum, quod Christus habuerit corpus ex materia celesti.

Ioan. c. 3.

Alij verò, vt Ariani, prout aliqua scripta dicunt, posuerunt Christum habere veram corpus, sed cœleste, moti fortè per dictum Ioan. 3. super illo verbo: *Qui de cœlo venit, super omnes est.*

Alij verò posuerunt Christum habere verum corpus; ita tamè quod illud corpus sensû, & intellectû haberet, nõ ab anima, sed à Deo: propter quod Deitas secundum eos erat ibi loco animæ, dans illi homini cognitionem sensitiuam, & intellectuã.

Error quoque Apollinaris refellitur.

Quædam autem scripta hunc errorem attribuunt Apollinari, sed nos non vidimus libros istos, ideo non multum insistemus in improbationibus eorum errorum, sed tantum studebimus declarare quæstionem veritatem.

Quantum ergo ad articulum, & quæstionem primam. Vtrum Christus assumpserit veram carnem. dici potest, quod

A octo, vel nouem vijs declarari potest, quod Christus assumpserit veram carnem, vt prima via sumatur ex eo, quod fuit perfectus homo, iuxta illud: *Perfectus Deus, perfectus homo.*

D. Athan. Symb.

Secunda via sumatur ex eo, quod fuit filius hominis, iuxta illud: *Quem dicunt homines esse filium hominis?*

Math. c.

Tertia ex eo, quod agebat vera opera hominum, quia manducabat, & bibebat, iuxta illud: *Venit filius hominis manducare, & bibere.*

Luc. cap.

B Quarta, quia verè esuriuit, iuxta illud: *Postea esuriit.*

Math. c.

Quinta, quia verè fuit passus.

Sexta, quia verè fuit mortuus, cum tamen homo non moriatur, nisi quia anima eius verè separatur à corpore.

Septima, quia verè iacuit in sepulchro, & tamen non iacuit ibi nisi secundum corpus, & carnem.

Octaua, quia verè surrexit, & tamen sicut homo non moritur, nisi per separationem animæ à carne, ita non resurget, nisi per coniunctionem animæ ad carnem. Hæc autem quatuor vltima sunt quatuor articuli fidei. Quia Christus est passus, mortuus, & sepultus, & resurrexit.

C

Possimus autem addere nonam viam de Sacramento Altaris, de conuersione substantiæ panis, quæ non conuertitur, nec in animam, nec in deitatem, sed in verum corpus, & in veram carnem Christi.

Prima via sic patet. Nam si Christus fuit perfectus homo, quia, vt dicitur in 3. *Physic. totum, & perfectum, idem: oportet, quod habuerit totum, quod pertinet ad humanam naturam, quia, si ei defecit aliquid de pertinentibus essentialiter ad humanam naturam, consequens est, quod non fuerit perfectus homo; cum ergo caro sit verè de pertinentibus essentialiter ad humanam naturam, Christus non fuit verè, & perfectus homo, si non habuit veram carnem.*

Arist. 3. 1. sic, text. d.

D

Secunda via ad idem potest sumi ex eo, quod Christus non solum fuit perfectus homo, sed etiam fuit filius hominis; imò possumus dicere, quod de nullo alio verè, & propriè verificatur, quod sit filius hominis, nisi de solo Christo: communiter enim loquendo nullus purus homo est filius

**M**ath. c. 16. *Quem dicunt homines esse filium hominis?* ad differentiam nostrum, quorum quilibet non est filius hominis, sed hominum, nam cum omnis homo sit mendax, & ibi omnis teneatur distributiue, oportet, quod illud verbum, mendaces filij hominum, supponat pro quolibet homine singulari, vt quilibet, præter solum Christum est filius hominum, Christus verò est filius hominis. Ex hac autem differentia, quia Christus est filius hominis, idest Virginis matris, specialiter possumus arguere ipsum assumpsisse carnem, quia si Christus processisset ab homine, tanquam à Patre, sicut processit ab homine, tanquam à matre: non possemus specialiter arguere Christum assumpsisse carnem, quia caro in generatione se habet tanquam materia, & anima tanquam forma. sed secundum Plinium in lib. de animal. foetus in generatione, corpus, & carnem, siue materiam habet à matre, animam autem, siue formam habet à Patre, vel essentialiter, vt in animalibus brutis, vel dispositiue, vt in homine. Nam & Philosophus voluit, quod anima intellectiua, per quam homo reponitur in specie, esset ab extra, propter quod ait in 17. de animalibus, quod solus intellectus, idest sola anima intellectiua esset ab extra.

Math. c. 16.

Christus propriissime dicitur Filius hominis.

Plid. in lib. de animal.

Arist. lib. 17. de animal.

Tob. c. 12.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex eo, quod Christus egit vera opera hominum, quia comedebat, & bibebat, quod spiritui verè competere non potest; propter quod dicitur de Angelo, qui associauit filium Tobiae cap. 12. illius libri: *Videbar quidem vobis manducare, & bibere, &c.* Potest ergo spiritus se simulare comedere, & facere aliqua, per quæ videbitur comedere, sed vera comestio sine vero corpore esse non potest.

Alia etiam quinque viæ ex se ipsis notæ sunt, quia verè esurire, non potest esse sine carne, nec vera mors, cum hoc sit mors, separatio animæ à carne: Nec verè iacisset in sepulchro, quia non iacuit ibi secundum animam, sed solum secundum carnem. Debemus enim firmiter, & fideliter tenere, quod Christus iacuit in sepulchro secundum corpus, descendit ad inferna secundum animam, ascendit ad

**c**ælum pariter in vtroque, vt habetur in Decretali illa: *Firmiter &c.* Nec est etiam vera, & naturalis passio sine carne, quia si Christus verè pateretur sine carne, hoc esset miraculosè, ignis enim infernalis dum verè affligit animam, vel spiritum alium, hoc non agit, vt est quedam res naturalis, sed vt est instrumentum diuinæ iustitiæ; & similiter in Baptismo aqua verè lauat animam, non vt est quedam res naturalis, sed vt est organum diuinæ misericordiæ. Item nec Resurrectio potuit esse sine carne, quia sicut mors est separatio animæ à carne, sic & resurrectio est reiterata coniunctio animæ cum carne.

Quomodo ignis purgatorij affligat animas

Resurrectio quid sit

**N**ona etiam via de leui patere potest, quia in Sacramento Altaris substantia panis conuertitur in verum corpus Christi, non in animam, nec in Deitatem, propter quod, vt communiter dicitur, & benè. Si quis confecisset in illo triduo, quando corpus Christi fuit separatum ab anima, confecisset corpus sine anima. Ex ijs autem omnibus clarè arguitur, quod Christus habuit veram carnem. Possent autem multæ aliæ viæ ad hoc idem adduci, sed breuitatis gratia dimittantur.

Si quis confecisset in illo triduo mortis Christi, confecisset corpus sine anima.

RESP. AD ARGVM.

**A**d primum dicendum, quod concupiscentia carnis aduersus spiritum non prouenit ex natura carnis. Nam primi nostri parentes in Paradiso erant nudi, & non erubescabant, quia non sentiebant prurimum carnis, nec concupiscentiam carnis, sed statim cum peccauerunt, erubuerunt de nuditate, & fecerunt sibi perizomata ad cooperiendum partes illas obscenas propter peccatum, quia ante peccatum non erant obscenæ. Christus ergo assumpsit veram naturam carnis, sine vitio carnis.

Aliud est asumere veram carnem, aliud verò carnem cum vitio, & infectione carnis.

**A**d secundum dicendum, quod generale in speciali est idem quod speciale, & genus in specie est idem quod species: vestigium ergo est quid generale, quia inuenitur in omnibus, sed imago est quid speciale, quia non inuenitur nisi in habentibus rationem, vel intellectum. Vestigium ergo, idest similitudo Dei, quæ est in homine magis debet dici speciale, quàm generale, & magis debet dici imago,

Aliud est in aliquo esse vestigium tantum, aliud vero imaginem, & vestigium simul.

go, quàm vestigium. Vel possemus dicere, quòd talia magis sunt attendenda secundum formam, quàm secundum materiam, & quia forma carnis in Christo erat anima rationalis, sicut in alijs hominibus, ideo si in illa carne poterat dici esse vestigium, hoc erat quantum ad materiam: quantum autem ad formam, quæ est magis consideranda, quàm materia, erat ibi imago, propter animam rationalem.

Fruitio præsupponit esse, seu subsistere, & dicitur acti onem fruentis: vnio autem hypostatica dat ipsi esse, id est existere, & subsistere naturæ assumptæ, & ex parte eius nullam dicit actionem ad assumptionem ipsam.

Ad tertium dicendum, quòd non est simile de vnione personali, & fruitione, quia fruitio fit per intellectum, & voluntatem, quæ nullius partis corporis sunt actus, sed vnio in personam fit quantum ad esse, corpus autem, & anima habent vnum esse. Hoc ergo modo fuerunt assumptæ à persona Verbi corpus, & anima: quia nec corpus, nec anima fecerunt aliquid ad constitutionem personæ Verbi, sed sustentata sunt in persona Verbi, vel in supposito Verbi ab æterno in esse constituto.

Caro nõ impedit cognitionem quancunque, licet ipsa cognitionem nõ eliciat.

Ad quartum dicendum, quòd caro non facit ad impedimentum cuiuscunque cognitionis, quia cum cognitio humana incipiat à sensu, & sensus non fit sine carne, caro aliquid operatur ad cognitionem humanam: Christus ergo secundum quòd homo habuit cognitionem sensitivam, quæ deseruit cognitioni intellectiuæ. Christus ergo vt homo, & vt viator poterat dici minoratus ab Angelis, iuxta illud: *Minuisti eum paulo minus ab Angelis.* sed vt comprehensor erat excellentior omnibus Angelis. Non ergo arguitur, quòd non assumpserit carnem, sed assumpserit eam vt viator, & comprehensor, sed post resurrectionem habuit eam solum vt comprehensor, & non viator.

Psal. 8.

### Resolutio Dub. I.

*Ex vera viuificatione corporis, eiusdem faticatione, atque descensu Christi ad inferos, demonstratur eundem veram quoque animam assumpsisse.*

AD alteram verò dubitationis partem, qua vltius querebatur. Vtrum Dei Filius sic assumpserit totam naturam,

A quòd etiam assumpserit animam, dici potest, quòd quati omnes viæ illæ, per quas supra probabatur; Dei Filium assumpsisse carnem, potest probari, quòd assumpserit animam. Nam si Christus fuit homo, & homo dicit quid compositum ex anima, & carne, oportet Christum fuisse hominem sic compositum. Sic etiam si fuit filius hominis, quia filius est eiusdem speciei cum homine, cuius erat filius, quia species magis sumitur à forma, quàm à materia: & cum in homine huiusmodi forma sit anima, cogimur dicere Christum assumpsisse animam. Sic & tertio si fecit opera hominum, & actiones hominum, quia actiones magis sunt à forma, quàm à materia, cogimur ponere, Christum assumpsisse animam. Discurrendo autem quasi per omnes illas nouem vias, poterit clarè apparere Christum assumpsisse animam. Dicimus autem quasi omnes illas vias hoc ostendere, quia duæ illarum viarum competunt Christo potissimè secundum carnem, non secundum animam, vt iacere in sepulchro, & in solam carnem fit conuersio substantiæ panis.

C Possumus autem adducere tres vias specialiter arguentes, Christum assumpsisse animam, vt prima via sumatur ex viuificatione corporis. Secunda ex faticatione Christi. Tertia ex descensu eius ad inferos.

Prima via sic patet. Nam si Christus assumpsisset corpus, sine anima assumpsisset corpus non viuum formaliter, siquidè illud corpus non poterat viuere formaliter, nisi per animam, quæ erat forma eius. Deitas autem non poterat esse forma illius corporis, nec poterat corpus illud per deitatem viuere formaliter, quia omnis forma habet aliquam dependentiam ad propriam materiam. Nam & ipsa anima separata, quantumcunque beata, habet aliquam dependentiam, id est aliquam inclinationem naturalem ad ministrandum, & viuificandum proprium corpus, vt potest patere per August. circa finem 12. super Gen. Deitas autem nullo modo ab aliquo depedere potest, propter quod non potest esse principium, per quod viuimus formaliter, sed solum per quod viuimus effectiuè. Secunda via ad hoc idem potest sumi ex faticatione Christi, de qua dicitur

Tripliciad. bucratione probatur Christi assumptionem animam.

Diuinitas non potest esse forma alieuius corporis, nec corpus per illam formaliter viuere. sed est vita principium effectiuum.

D. P. Aug. tom. 3.

10. c. 4.

dicitur Ioan. 4. *Quòd fatigatus ex itinere, &c.* Si autem Dei Filius non assumpsisset animam, fuisset corpus eius immediatè motum ab ipso Verbo, cum ergo in corporibus cœlestibus immediatè motis ab intelligentia non accidat lassitudo, multò magis non accidisset lassitudo, vel fatigatio in corpore illo immediatè moto à Verbo. Tertia via ad hoc idem potest sumi ex descensu Christi ad inferos, ad quem locum non potuit descendere secundum Deitatem: quia secundum eam erat Verbum, vt hoc modo nullus motus posset sibi competere. Si ergo Dei Filius venit in carnem, vt ait Beda: *Non venit ubi non erat, sed qualiter non erat, non mutando loci situm, sed supplendo naturæ nostræ defectum.* Nec etiam descendit in infernum secundum carnem, quia secundum carnem tunc iacebat in sepulchro; descendit ergo ibi secundum animam. Et si dicatur, quòd descenderit ibi secundum Deitatem. Dicemus, quòd quantum ad Deitatem non descendit vbi non erat, sed qualiter non erat, non mutando loci situm, sed subueniendo Sanctis Patribus in Limbo detentis. Nam ante dictum descensum erat ibi Deitas, sed non erat ibi coniuncta animæ. Vbiquè enim est Deitas, sed non vbiquè coniuncta huic rei, nec illi. In illo ergo descensu fuit in Inferno Deitas coniuncta animæ, vel fuit ibi Dei Filius coniunctus animæ, vt etiam hoc modo sufficienter probetur Dei Filium assumpsisse animam.

Beda Ven.

Quomodo Deitas nouo modo possit esse alicubi sine sui mutatione.

RESP. AD ARGVM.

D. P. Aug.

Ad primum dicendum, quòd secundum August. in 2. lib. de Trinit. cap. 2. cum dicitur *Verbum factum est caro*, ibi caro stat pro toto homine.

Deus est principium effectiuum vitæ, atque etiam formaliter inhzretet, sed formaliter exemplariter.

Ad secundum dicendum. Quòd Deus est principium vitæ corporis humani, & cuiuslibet rei viuæ, effectiuè non formaliter, seu formaliter, & exemplariter, non formaliter inhzretet. oportebat ergo; quòd in illo corpore esset anima, per quã formaliter viueret, quia forma efficiens, & exemplaris non dat esse rei, nisi imprimendo formam, per quam formaliter habet esse. cum ergo secundum Philosoph. in libro de Anima: *Viuerè viuentibus sit*

Lib. 2. de anima tex. c. 37.

A esse, Deus non dabat illi corpore viuere formaliter, nisi imprimendo ei animam, per quam formaliter viueret. Et per hæc patet solutio ad tertium, quia Verbum est superexcellens principium vitæ effectiuum non formale, vt hic de forma loquimur: forma nanque exemplaris semper est principium effectiuum, vel se tenet cum principio effectiuo.

Verbum est superexcellens principium vitæ effectiuum, non formale.

Resolutio Dub. II.

B *Assumpsit Christus carnem & animam inuicem unitas, idest totum hominem. Quia fuit verus homo viuus, & per omnia fratribus assimilatus, vt dicit Apostolus.*

AD alteram quæstionis partem, qua etiam vterius quærebatur de totalitate humanæ naturæ, dici potest, quòd aliqui dicere præsumpserunt, quòd Christus assumpsit animam, & carnem diuisim, non coniunctim. Asserebant autem assumpsisse animam per se, & carnem per se, non animam coniunctam carni. Hoc ergo modo secundum istos assumpsit totam naturam humanam, quia assumpsit omnes partes naturæ humanæ animam realem, & carnem. Ad quod dicendum poterant moueri ex verbis Damasc. lib. 3. cap. 3. *In Christo Iesu non est communem speciem accipere.* Sic ergo Christus assumpsit plures naturas, quòd ex illis pluribus naturis non est conflata natura tertia; hoc est, ita assumpsit naturam animæ rationalis, & naturam carnis, quòd ex eis non est conflata natura tertia, propter quod has duas naturas non assumpsit Christus, vt unitas, quia hoc modo resultasset ex eis natura tertia, quæ dicitur humanitas; sed assumpsit eas vt separatas, secundum quem modum non resultat inde natura tertia, & non fuit in Christo Iesu communem speciem accipere.

Sententia eorum, qui dixerunt Christum assumpsisse animam, & carnem diuisim, non coniunctim refellitur.

D. Damasc.

Sed illud dictum Damasceni, quòd in Christo Iesu non est communem speciem accipere, non est referendum ad partem naturæ humanæ, vt ad rationalem animam, & carnem, quia hoc modo fuit in Christo Iesu communem speciem accipere. Nam ex anima rationali, & carne in Christo resultauit communis species ex natu-

Explicatur D. Damasceni sententia, qua asserit in Christo Iesu non esse communem speciem accipere.

D. Athan.  
in Symb.

natura tertia communis, quæ dicitur humanitas; quia fuit verus, & perfectus homo, iuxta illud: *Perfectus Deus, & perfectus homo*: & iuxta illud: *Et homo factus est*. Sed referendum est verbum Damasceni, quod in Christo Iesu non est communem speciem accipere, ad naturam humanam, & diuinam in Christo, quia ex illis duabus naturis non resultat communis species, nec tertia natura. Potuerunt etiam moueri ex verbis Magistri, quæ habentur in littera, dicentis: *Totam ergo hominis naturam, idest carnem, & animam assumpsit Deus*. Videtur igitur velle Magister, quod nomine totius naturæ humanæ intelligatur anima, & caro: sufficit ergo Christum assumpsisse animam, & carnem, ad hoc, quod dicatur assumpsisse totam naturam humanam, secundum quem modum non oportet, quod assumpserit formam totius, idest humanitatem, sed ad hoc dici debet, quod omnes partes non sunt totum, nisi prout coniunctæ ad inuicem resultat inde forma totius. Anima ergo rationalis, & caro non sunt homo, nisi prout coniunctæ ad inuicem, resultat in ea forma totius, quæ est humanitas. Verba ergo Magistri, quod totam hominis naturam, idest animam, & carnem assumpsit Deus, sic intelligenda sunt, quod Deus, idest Dei Filius assumpsit totam naturam humanam, idest animam & carnem, quia assumpsit animam, & carnem, vt componunt, & efficiunt naturam totam, idest humanitatem. Tenendum est ergo Christum assumpsisse formam totius, idest humanitatem: sic etiam videmus in omnibus alijs rebus, vt in lapide est dare materiam lapidis, & formam, & est dare lapideitatem, quæ est forma totius resultans ex tali materia, & tali forma. Et in igne est dare materiam, & formam ignis, & est dare formam totius, idest igneitatem, quæ resultat de prædictis partibus, similiter in homine est dare carnem tanquam materiam, & animam rationalem tanquam formam, & humanitatem, quæ est forma totius, vel est forma, quæ est totum resultans ex huiusmodi partibus.

Forma totius resultat ex materia, & forma. v.g. lapideitas, igneitas, humanitas.

Possimus autem quod diximus triplici via declarare ad triplex inconueniens deducendo. Quorum primum est, quod si

A Christus assumpsisset partes separatas semper fuisset homo mortuus, & nunquam fuisset homo viuus. Nam per mortem, nunquam persona Verbi fuit separata, nec à carne, nec ab anima; quia postquam eas assumpsit, nunquam dimisit. si ergo assumpsisset animam separatam à carne, & è conuersò, quia hoc verificatum fuit in morte eius, nunquam fuisset homo viuus, nec propriè loquendo fuisset homo mortuus, quia mortuum dicitur per comparisonem ad viuum; si enim aliquid nunquam fuit viuum, non propriè potest dici mortuum, cum enim mors sit priuatio vitæ, & priuatio semper dicatur per comparisonem ad præcedentem habitum, frustra ergo esset tota fides nostra, quia Christus non fuisset mortuus propter delicta nostra.

B Secundum inconueniens est, quia hoc posito: Christus non fuisset homo, anima enim rationalis separata à carne, non est homo, nec caro per se accepta est homo. Quod est contra Symbolum Athanasij: *Perfectus Deus, perfectus homo, & contra aliud Symbolum: Et homo factus est*.

C Tertium inconueniens, quod non esset per omnia fratribus assimilatus, quod est contra illud, quod habetur ad Hebr. 2. *Debit per omnia fratribus assimilari*: omnes enim alij fratres, idest homines habent animam coniunctam carni, quando viuunt. In morte hæc separantur, & in resurrectione hæc iterum vnientur: fuit ergo Christus per omnia fratribus assimilatus, quia fuit homo viuus, sicut & alij homine: & habuit animam coniunctam carni, quando vixit, sicut cæteri homines, & in morte fuerunt hæc ab inuicem separata, sicut in morte quorumcunque hominum, & in resurrectione fuerunt hæc ad inuicem reunita, sicut & in resurrectione omnium hominum. Et per hæc patet solutio ad primum.

D Ad secundum dicendum, quod verbum Boetij veritatem habet in quolibet puro homine, vel veritatem habet in quolibet homine, cuius persona constituitur ex natura humana, quia species, vel natura humana in quolibet tali homine comprehendit totum esse cuiuslibet individui, sed persona Verbi non fuit constituta in esse

Symb. Athanasij.

Ad Hebr. cap. 2. In Christo non est communem speciem accipere dupliciter intelligi potest, vel quia ex anima rationali, & corpore assumptis, non resultat vera humanitas eiusdem speciei cum nostra. & hoc falsum: vel quia ex humana, & diuina natura non resultat per confusionem, seu commixtionem communis species, & hoc verum.

Species est totum esse individui in homine puro, non autem in Christo, in quo natura humana subsistit substantia Verbi.

esse per naturam humanam; sed natura humana, quæ erat temporalis fuit substantiata in Persona Verbi ab æterno in esse constituta.

Ad tertium patet solutio, etiam per iam dicta, quia primum, & tertium argumentum soluta sunt per ea, quæ dicta sunt in quæstione principali.

ARTIC. II.

*Vtrum Christus assumpserit naturam humanam in omnibus suis indiuiduis, vel in omnibus suis suppositis. Conclusio est affirmatiua.*

D. Thom. 3. p. q. 4. art. 5.



ECVNDQ quæritur de natura assumpta quantum ad eius indiuiduationem. Vtrum Christus assumpserit naturam humanam in omnibus suis indiuiduis, vel in omnibus suis suppositis, & videtur quod sic. Quia Damasc. lib. 3. cap. 6. dicit: *Christus totus, totum me assumpsit, ut totus toti penitus, mihi toti salutem gratificet.* & subdit: *Quod enim in assumptum est, incurabile est, sed natura humana indigebat curari in omnibus suis suppositis: ergo &c.*

Præterea. Primum bonum est diffusiuum sui ipsius, sed Deus est summè bonus; ergo est summè diffusiuus bonitatis suæ: sed huiusmodi diffusio boni maximè apparuit in assumptione humanæ naturæ, ergo ut summè sic se diffunderet, assumpsit huiusmodi naturam in omnibus suis suppositis.

Præterea. Christus potissimè venit ad satisfaciendum pro peccato humanæ naturæ, sed natura humana, quantum est de se, æqualiter respicit omnia sua supposita: ergo si assumpsit humanam naturam, assumpsit eam in omnibus suppositis.

Præterea. omnes homines, & omnia supposita humana peccauerunt in Adam, iuxta illud ad Rom. 5. *In quo omnes peccauerunt.* Ut ergo pro omnibus suppositis humanis satisfaceret, debuit naturam humanam in omnibus assumere.

D. Damasc.

Rom. 5.

IN CONTRARIVM est, quod dicit Damascenus lib. 3. cap. 9. *Quod assumpsit naturam humanam in atomo, id est in indiuiduo, nec ait, quod assumpsit eam in atomis, id est in indiuiduis, sed in atomo, id est in vno indiuiduo tantum.*

D. Damasc. lib. 3. c. 9.

Præterea ut dicitur ad Hebr. 7. *Talis enim decebat ut nobis esset Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus.* sed talis fuit solus vnus homo, id est Christus, qui solus inuentus est inter mortuos liber. Christus ergo non fuit multi homines, nec assumpsit naturam humanam in multis suppositis, sed fuit vnus homo tantum, & in vno atomo, vel in vno indiuiduo naturam assumpsit.

Heb. c. 7.

RESOLVTIO.

*Explicatur titulus de indiuiduatione, quæ natura competit: nam suppositum est inassumptibile. & ex quinque potissimis medijs colligitur, congruum fuisse, Dei Filium assumere vnã naturam humanam, & non plures, neque omnes.*

RESPONDEO dicendū, quod nisi exponamus verã intelligentiam quæstionis; quæstio proposita impedit seipsam. Quærit enim. Vtrum Dei Filius assumpserit humanam naturam in omnibus suppositis, cum ipsum suppositum humanum de se sit inassumptibile. Christus enim non assumpsit suppositum, vel personam, sed assumpsit naturam humanam. Et si assumpsisset omnes naturas humanas, non assumpsisset eas nisi in seipso, qui est vnum suppositum, & vna persona. Propter quod scripta communia dicunt, quod non potest talis vnio fieri, nisi in tribus suppositis. quod commune dictum pro tanto veritatem habet, quia loquendo de persona absolutè, sicut incarnatus est Filius, ita potuit incarnari Pater, vel Spiritus Sanctus; & quia in diuinis non sunt nisi tria supposita, non potuit fieri assumptio humanæ naturæ, nisi in tribus suppositis. Nullum enim suppositum creatum est inassumptibile, sed facta est assumptio in supposito increato, & quia non sunt nisi tria talia supposita, ideo hoc modo veritatem habet dictum commune, quod non possit fieri talis assumptio, nisi in tribus suppo-

Suppositum humani de se est inassumptibile.



Ticulus quæ  
siti rectè  
explicatur.

suppositis . Quæstio ergo propria . Vtrum A  
in omnibus suppositis possit fieri assum-  
ptio, impedit seipsam . nisi exponatur hoc  
modo, videlicet . Vtrum Filius Dei po-  
tuisset assumere omnes humanas naturas,  
quæ sibi derelictæ, cõstituisset omnia hu-  
mana supposita. Assumptæ autè à Filio nõ  
constituissent suppositũ, vel personas, sed  
substantatæ fuissent in persona Filij, ab  
eterno in esse constituta . Dicemus ergo  
ad quæstionem propositam, quòd de po-  
tentia Dei absoluta non debet esse quæ-  
stio: non erit ergo quæstio de assumptionis  
possibilitate, sed de assumptionis con-  
gruitate. Potest autè dici, quòd congruum  
fuit Dei Filium assumere vnam naturam  
humanam, & non plures, vel omnes hu-  
manas naturas . Primò ex parte ipsius re-  
demptionis, siue satisfactionis . Secundò  
ex parte Dei offensi. Tertio ex parte ipsius  
naturæ deprauatæ. Quartò ex parte vnita-  
tis personæ Filij. Quintò ex parte ipsius Me-  
diatoris . Sextò ex parte ipsius principij .

Primò ergo fuit congruum, quòd  
Dei Filius non assumeret nisi vnam  
humanam naturam ex parte ipsius satis-  
factionis, vel ipsius redemptionis, quod  
in hac materia se habet tanquam finis .  
Nam propter hunc finem Dei Filius as-  
sumpsit naturam humanam, vt pro omni-  
bus satisfaceret . Non enim tenebatur sa-  
tisfacere pro seipso, qui peccatum non  
fecit, nec contraxit, sed pro nobis omni-  
bus peccatoribus satisfecit, iuxta illud ad  
Rom. 8. *Qui proprio filio suo non pepercit,  
sed pro nobis omnibus &c.* Si ergo Dei Fi-  
lius assumpsisset quamlibet humanam  
naturam, pro nullo posset satisfacere,  
quia hoc posito ipse esset omnes homi-  
nes, & omnes homines essent vna persona  
Christi, & vnus Filius Dei immunis ab  
omni peccato, nec indigens quòd aliquis  
satisfaceret pro ipso .

Ad Rom. 8.  
2.

1. ad Tim.  
cap. 2.

Secundò quidè patet ex parte Dei offensi:  
Nã, vt dicitur 1. ad Tim. 2. *Vnus enim Deus,  
vnus mediator Dei, & hominũ.* & sequitur:  
*Qui dedit redẽptionem semetipsum.* Aposto-  
lus ergo ibi ex vnitate Dei offensi probat  
vnitatẽ redẽptionis, siue reconciliationis.

Tertio fuit congruum ex parte natu-  
ræ deprauatæ, nam pro peccato, prout  
peccatum personam iuficit, quilibet ho-  
mo potest satisfacere per pœnitentiam,

& contritionem, sed prout peccatum in-  
ficit naturam, quæ de se per generatio-  
nem est multiplicabilis in infinitum, nulla  
pura creatura modo tam congruo potest  
satisfacere. Ideo dicit August. 13. de Tri-  
nit. cap. 10. *Si alius modus fuit possibilis  
nostra redemptionis; nullus tamen fuit con-  
gruentior.* Cùm ergo natura humana sit  
natura vna, & non multiplicetur, nisi in  
suppositis, sufficiebat Dei Filio vnam  
naturam humanam assumere, vt omnia  
supposita illius vnus naturæ redimeret.

Quartò hoc idem patet, quia cùm non  
fit incarnata, nisi vna persona, vt persona  
Filij . congruum erat, vt vnitati personæ  
assumentis responderet vnitas naturæ as-  
sumptæ, vt vna persona Filij solùm vnam  
naturam humanam assumeret; & sicut non  
est nisi vnus Filius in Deitate, sic non es-  
set nisi vnus filius in humanitate.

Quintò hoc idè patet ex parte Mediatoris:  
nã respectu vnus Dei offensi nõ debe-  
bat esse, nisi vnus mediator. licet .n. multi  
essent offendentes, vnus tamen Deus erat  
offensus, ad quem placandum sufficiebat  
vnus mediator. Et in hoc videtur fundari  
ratio Apostoli in loco præallegato 1. ad  
Timoth. 2. vbi dicitur, *vnus Deus, vnus  
mediator Dei, & hominum.*

1. ad Tim.  
cap. 2.

Sextò hoc idè patet ex parte principij,  
siue ex parte ipsius primitatis. Nã semper  
primũ in aliquo genere debet esse aliquod  
vnũ, ipse enim est primogenitus ipsius Dei,  
quia est eius Filius per naturam, nos au-  
tem possumus dici quasi secundogeniti  
ipsius Dei, quia sumus eius filij per gra-  
tiam: semper enim illud, quod est tale  
per naturam, intelligitur esse prius eis,  
qui sunt tales per gratiam; & ideo dicitur  
Christus primogenitus in multis fratri-  
bus; & quia esse principium non potest  
competere nisi vni, ideo non in pluribus  
hominibus, nec per plures homines, sed  
per vnum hominẽ D. N. Iesum Christum  
facta est redẽptio nostra . Vnus ergo Dei  
Filius, & vnus homo propter vnam hu-  
manam naturam assumptam fuit verus  
noster mediator, & redemptor . Dum  
ergo quæritur de indiuiduatione naturæ  
assumptæ . Vtrum Dei Filius debuisset  
humanam naturam assumere in omnibus  
suppositis, cùm quæsitum fuisset hoc de  
omnibus suppositis, debuisset fuisse quæ-  
situm

Quo sensu  
Christus di-  
catur pri-  
mogenitus  
Dei.

Per pœni-  
tentiam, &  
contritio-  
nem potest  
quilibet ho-  
mo satisfac-  
ere pro  
peccato,  
prout pec-  
catum per-  
sonam in-  
ficit, sed  
prout infi-  
cit naturã,  
quæ de se  
per genera-  
tionem est  
multiplica-  
bilis in in-  
finitum, pu-  
ra creatura  
non potest.  
D. P. Aug.  
tom. 3.

fitum de omnibus indiuiduis, & oportet, A quòd ibi accipiatur indiuiduum, prout indiuiduatio competit naturæ, non autem prout competit supposito, quia natura humana fuit assumptibilis, non suppositum.

Hanc autem naturam sic indiuiduam, & sic assumptam in atomo, idest sic assumptam indiuiduatam, congruebat esse vnam, & non plures, vt est per habita declaratum.

RESP. AD ARGVM.

Ad primum dicendum, quòd Christus B quodam speciali modo venit ad tollendū peccatum naturæ, quæ de se non est, nisi vna, quia forma de se, & specialiter forma specifica, vt potest haberi ex 7. Metaph. non diuiditur nisi per materiam, vel per suppositum, quia in alia, & alia materia, & in alio, & alio supposito potest recipi alia; & alia forma etiam specifica. Christus ergo, qui specialiter venerat curaturus naturam humanam, quæ de se est vna, ideo sufficiebat, ad curandam illam naturam etiam in omnibus suppositis, vnam naturam assumere, & maximè, C quia persona assumens erat infinita, sufficiens erat ad curandum illam naturam, etiã in infinitis suppositis, si esset possibile in infinitum illam naturam multiplicari. Nam passio Christi non solūm fuit sufficiens ad salutē totius mundi, sed etiã fuisset sufficiens ad salutem multorum, vel infinitorum mūdorum, si esset dare multos, & infinitos mundos. Ad formam ergo arguendi, cūm dicitur, Quòd non est assumptibile, non est curabile, referendūm est hoc ad naturam, nō ad supposita; quia natura est assumptibilis, non suppositum; D Et ideo Christus totam naturam nostram assumpsit, vt totū curaret. Assumpsit enim animam, & corpus, & humanitatem, quæ resultat ex anima, & corpore, vt hoc modo dicatur totam naturam assumpsisse, & totam curasse.

Ad secundum dicendum, quòd bonum est sui diffusiuum, sed non oportet, quòd in omnibus se diffundat æqualiter, sed secundum diuersa genera rerum diuinum bonum diuersimodè se diffundit, sic & Incarnatio Verbi ad omnes homines se diffundit sufficienter; si autem se non diffundit sufficienter; si autem se non dif-

fundit efficaciter, hoc est ex culpa nostra, quia nolumus esse participes illius redēptionis, sed ista diffusio non fuit eodem modo in omnibus hominibus, quia in Christo fuit talis vnio diffusio per gratiam vnionis, natura enim humana in Christo fuit vnita Verbo per gratiam vnionis, in nobis autem omnibus est, vel potest esse per gratiam adoptionis.

Ad tertium dicendum, quòd natura reperitur æqualiter in omnibus, & æqualiter respicit omnes habentes illā naturam, quantum ad ea, quæ sunt essentialia illi naturæ, sed non quantum ad ea, quæ sunt superaddita. Gratia autem vnionis, secundum quam humana natura fuit in Christo, vel in Verbo, potest dici aliquid superadditum nature, vel principijs essentialibus naturæ, quia hoc fuit magna gratia facta illi homini, quòd eius natura assumpta est ad vnitatem Personæ Verbi. Ex qua vnione factum est, quòd ille homo sit Deus. Nam illa vnio fecit Deum hominem, & hominem Deum. Talis ergo gratia vnionis non oportet, quòd sit in quolibet homine, sed fuit in solo Christo, sic etiam gratia adoptionis est aliquid superadditum naturæ, & ideo non oportet, quòd talis gratia sit in quolibet homine, sed est in illis hominibus, quibus Deus vult dare talem gratiam.

Ad quartum dicendum, quòd vt patet ex dictis Dei Filius, solūm vnam naturam humanam assumendo, poterat pro omnibus satisfacere, quia persona assumens erat infinita, patiēdo in illa natura potuit pro omnibus humanis suppositis satisfacere.

Dub. I. Lateralis.

*Utrum Christus debuerit assumere naturam humanam de stirpe, vel de genere ipsius Adæ. Conclusio est affirmatiua.*



ALTERIVS fortè dubitaret aliquis. Utrum Dei Filius debuerit assumere naturam humanam de stirpe, vel de genere ipsius Adæ, & videtur, quòd nō, vt dicitur ad Hebr. c. 7. *Talis enim decebat*

Ad Hebr. c. 7. F vt

Naturam in omnibus æqualiter intelligitur dupliciter, vel quantum ad ea, quæ sunt illi essentialia, vel quoad superaddita, primū admittitur, secundū negatur.

Satisfactio- nis pro pluribus, & infinitis, infinitas non attenditur respectu vnus naturæ assumptæ, sed respectu in finitæ personæ assumptis.

Metaph. lib. 7.

Quod non est assumptibile, non est curabile, si illud sit assumptibile, & non assumatur; secus autē si sit inassumptibile.

Bonum sui diffusiuum, sed non in omnibus æqualiter.

*ut nobis esset Pontifex segregatus à peccatoribus: ergo non de stirpe peccatrice, nec de ipso genere Adæ debuit carnem assumere.*

Præterea. Christus venit specialiter ad saluandum, & liberandum ipsam naturam humanam, sufficiebat ergo quòd esset homo, & haberet in se naturam humanam, ad hoc, quòd nos liberaret, & saluaret.

IN CONTRARIUM est, quia in loco vulneris debet medicina apponi: de stirpe ergo illa, quæ erat vitiata, & per peccatū corrupta, congruum fuit Dei Filium assumere carnem, vt naturam sic vitiatam, & corruptā saluaret, & liberaret.

### RESOLVTIO.

*Iustitiæ congruitas, humani generis dignitas, atque potioris diligibilitatis excitatio, satis ostendunt fuisse conueniens, Deum assumere carnem de stirpe Adæ.*

DICENDVM, quòd rationem necessariam ad quæstionem propositam non possumus adducere, quia potuisset Deus non solum aliunde, quàm de Adam carnem assumere, sed etiam sine carnis assumptione, si voluisset, potuisset nos liberare: tamen, licet non possimus ad quæstionem propositā rationes necessarias adducere, possumus adducere congruas. Adducemus ergò tres cōgruitates, quarū vna sumetur ex equitate, & iustitia. Secūda ex dignitate generis humani producti. Tertia ex dignitate Adæ protoplasti.

Prima via sic patet. Certum enim est, quòd Christus propriè loquendo non tenebatur ad satisfaciendum pro peccato, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: ipse enim voluntariè posuit animam suam pro ouibus suis, iuxta illud Isai. *Oblatus est, quia ipse voluit.* tamen fuit ibi quædam apparens iustitia, quantum ad passionem, & fuit ibi superexcellens iustitia quantum ad satisfactionem. Erat enim aliquo modo æquum, quòd de illa stirpe, quæ peccauit, homo natus pateretur: si enim de alia stirpe natus substinisset Passionem, non apparuisset ibi tanta iustitia, vel tantus color iustitiæ, quantus apparuit, quòd natus de illa stirpe, quæ peccauit pro peccatoribus,

Isa. cap.

Congrua iustitia requiratur, quòd de illa stirpe, quæ peccauit, natus homo pateretur, superexcellens iustitia, quòd plus meruerit, & satisfecerit, quàm demeritum exposcebat

A Passionem substinuit. Quantum ergo ad Passionem fuit ibi quidam color iustitiæ, sed quatum ad satisfactionem fuit ibi superexcellens iustitia, quia plus fuit de merito in Passione illa, quàm demeruerint omnes peccatores, vel quàm potuissent demereri.

Secunda congruitas potest sumi ex dignitate generis, quòd peccauit: quia magna fuit dignitas generis, quòd peccauit, vt de illo genere nasceretur, qui potuerit superexcellenter pro toto humano genere satisfacere. Et hanc rationem tangit August. in lib. 3. de lib. arbit. cùm quærit: *Quare Deus permiserit Adam peccare. Quia, inquit, poterat de illo genere nasci, qui esset decus, & ornamentū terrarum.* Huius autem decus, & ornamentum fuit ipse Christus, si autem non fuisset natus Christus de stirpe Adæ, multum fuisset derogatum generi humano, iam producto, quia aliundè, quàm de illo genere fuisset Dei, & hominum Mediator.

D. P. Aug. tom. 3.

C Tertia autem congruitas sic patere potest. Nam si Deus honorauit Adam volens omnes homines descendere ab ipso, & vt omnes homines hoc modo naturaliter se diligerent, quia omnes descenderunt ab vno, congruum fuit, quòd Christus, qui non debebat præceptū dilectionis restringere, sed maximè ampliare, ab illo vno homine descenderet, quia ex hoc potissimè oritur germen dilectionis.

### RESP. AD ARGVM.

Ad primum dicendum, quòd Christus fuit segregatus à peccatoribus, quantum ad personam ipsam, quæ præuaricare non poterat, hoc tamen non obstante fuit natus de genere peccatorum propter rationes iam dictas.

Dicitur Christus segregatus à peccatoribus, quia peccare non poterat. non quòd de genere peccatorum natus non sit.

Ad secundum dicendum, quòd B. Virgo, vnde natus fuit Christus, fuit sanctificata, vt erat quædam persona in vtero matris, quia ante fuit sanctificata in vtero, quàm esset nata ex vtero, sed in saluatione Angeli, quando consensit verbis Angeli fuit sanctificata quantum ad naturam, vt conciperet filium suum sine omni peccato, non solum actuali, sed etiam originali, non obstante, quòd ipsa fuit concepta in peccato originali.

Dub.

Dub. II. Lateralis.

*Vtrum Christus debuerit accipere naturam humanam in ipso Adam.*

*Conclusio est affirmatiua,*



**V**LTERIVS fortè dubitaret aliquis. Vtruni debuerit accipere naturam humanam in ipso Adam, & videtur, quòd sic. Quia assumptio humanæ naturæ ad hoc facta est, vt fieret satisfactio pro peccato humani generis. Sed ad satisfactionem pro peccato potissimè requiritur vt fiat per illum, qui peccauit: Talis autem fuit ipse Adam: ergo in nullo alio debuit assumi natura humana, vt per eum qui peccauit fieret satisfactio.

Ad Rom. 6.

Præterea ad Rom. 6. *Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors: ergo per illum debuit tolli peccatum de mundo, per quem intrauit in mundum; sed huiusmodi fuit ipse Adam: ergo &c.*

**I**N CONTRARIVM est, quia contrariorum contrariæ sunt causæ: sed Adam fuit causa perditionis nostræ: ergo non potuit esse causa salutis.

R E S O L V T I O.

*Natura humana, in ipso Adam congruè assumptibilis non fuit, tum quia esset contra sanctitatem assumptis assumere natura peccato obnoxiam, tum quia tolleretur vera ratio Mediatoris respectu sanctificationis eiusdem naturæ assuptæ.* D

**R**E S P O N D E O, dicendum, quòd in Adam non debuit fieri assumptio naturæ humanæ, si consideremus ipsum mediatorem. Nam per mortem, & per passionem Mediatoris debebat fieri satisfactio pro humano genere. Si ergo Dei Filius assumpsisset humanam naturam in ipso Adam, vel assumpsisset eam deprauatam per peccatum, vel non deprauatam. Nam quantumcunque Adam fecerit poenitentiam de peccato suo, per talem poenitentiam fuit satisfactum pro persona, sed non Aegid. super iij. Sent.

**A** fuit satisfactum pro natura, & quia generatio est opus naturæ, filij nati per Adam per generatiouem nascebatur infecti propter infectionem naturæ. Natura ergo Adæ, & cuiuscunque alterius hominis nati per naturalem originem ex Adam, debebat dici infecta. Propter quod ante passionem Christi, qui moriens satisfacit pro tota humana natura, nullus moriens quantumcunque iustus, vidit Deum, sed ibat ad Lymbum Sanctorum Patrum, & ibi detinebatur vsque ad passionem Christi, sed post passionem Christi statim fuit aperta ianua visionis Dei. Ideo dictum fuit Latroni: *Hodie mecum eris in Paradiso*, quia illa eadem die post mortem Christi, & post mortem suam vidit Deum; vsque ergo ad mortem Christi fuit sic clausa ianua Paradisi, idest diuinæ visionis, non propter deprauationem personæ, quia multi ante Christum mortui sunt iusti, sed propter deprauationem naturæ, &c.

Ianua coeli aperta non fuit, nisi post passionem Christi.

**B** Redeamus ergo ad propositum, & dicamus, quòd si Dei Filius assumpsisset humanam naturam in ipso Adam, vel assumpsisset eam infectam, vel non infectam,

**C** si assumpsisset eam infectam, non fuisset conueniens, quia, vt dicitur ad Hebr. 7. *Talis enim decebat, vt nobis esset Pontifex sanctus, innocens, &c.* Si autem assumpsisset eam non infectam, tunc per mortem suam non omnes homines liberasset, quia ante sanctificasset naturam Adæ, assumendo naturam illam, quam fuisset passus, & mortuus pro huiusmodi natura: quod est contra rationem Mediatoris: quia ipse fuit Mediator pro Adam, & pro omnibus, qui descenderant, & descensuri erant ex ipso. Assignantur tamen communiter duæ alie rationes, quare non fuit congruum Dei Filium naturam humanam assumere in Adam, ista tamen, quæ assignata est, oritur ex medulla facti.

Ad Hebr. c. 7.

Si assumpsisset naturam ipsius Adæ, non fuisset verus mediator pro eadem natura.

Prima autem ratio communis sumitur ex personalitate. Secunda ex idiomatum communicatione.

Prima via sic patet, quia si Christus assumpsisset humanam naturam in Adam, assumpsisset eam post peccatum, quia tolle, *Peccatores saluo facere*, tollis causam aduentus eius. Cum ergo ipsa persona Adæ peccauerit, & persona non sit assumptibilis, sed natura, non potuisset Dei

Assignantur duæ alie rationes communes.

Filius assumere naturam in Adam, nisi A ipse non esset obligatus ad aliquod debitum.

Secunda ratio communis sumitur ex communicatione idiomatum, quia tanta fuit unio naturæ assumptæ ad ipsum Deum, quod fuit ibi communicatio idiomatum, quia idiomata Dei communicabantur illi homini, & è conuerso. Si ergo Dei Filius assumpsisset naturam in ipso Adā, quantumcunque mundasset, & purgasset naturam illam, quia etiam Deus non potest facere, quod præteritum non sit præteritum, & factum non sit factum, quia etiam hoc Deus priuatur, idest Deus in hoc non potest, vt enim habetur in 7. Ethic. *tunc possent contradictoria verificari*: stante ergo hac hypothese, fuisset verum dicere, quod illa eadem natura numero, quam assumpsit Christus, fuit peccato obnoxia, & fuit per peccatum deprauata. Quod esset valdè inconueniens per illud, quod habetur ad Hebr. 7. quod Pontifex noster debebat esse *sanctus, innocens, impollutus*. Vt etiam ista sanctitas, & innocentia referatur ad omne tempus, quod non potuisset fieri, si naturam humanam assumpsisset in Adam, quæ tempore præterito fuerat polluta.

Christi sanctitas in natura assumpta debuit verè astrui per respectum ad omnem differentiam temporis.

## RESP. AD ARGVM.

Satisfactio nem fieri posse pro altero dupliciter, vel aliquo modo coniuncto, vel omnino distincto.

Isai. c. 53.

Aliud est satisfacere, aliud teneri de se ad satisfaciendum.

Ad primum dicendum, quod satisfactio pro peccato nõ solùm potest fieri per eum, qui peccauit, sed per eum, qui non peccauit, quia magis sunt coniuncta membra corporis mystici, quàm membra corporis naturalis. Sic enim videmus in corpore naturali, quod minuitur brachium, & sanatur oculus, sic etiam passus fuit Christus, & sanati sumus nos, iuxta illud

Isaia 53. *cuius liuore sanati sumus*. &c: Ad secundum dicendum, quod aliud est obligari ad satisfactionem, & aliud est satisfacere. Non potest aliquis satisfacere pro aliquo debito, ad quod non est obligatus. Arguit ergo ratio, quod Christus Dei Filius non erat obligatus ad aliquod debitum, cum enim pateretur, & moreretur, quæ non rapuit, tunc exsoluebat. lachrymatuſ est non pro peccatis suis, sed pro peccatis nostris. Satisfecit ergo pro debito omnium nostrum, cum

B



ERTIO quæritur de natura humana assumpta per comparisonem ad naturam Angelicam. Vtrum magis fuerit assumptibilis natura humana, quàm

Angelica. Et videtur, quod non: quia quæ magis sunt propinqua, magis sunt vnibilia, sed natura Angelica maximè est propinqua Deo, iuxta illud 12. cap. confessionum: *Duo fecisti Domine* &c. Fecit enim Deus vnum propè se, vt Angelicam naturam, & aliud propè nihil, vt naturam informem. Et quia natura Angelica est propè Deum, magis est vnibilis Deo, quam alia: ergo &c.

C

Præterea. facta est assumptio propter peccatum, & quia non solùm peccauit homo, sed Angelus: ergo non solùm fuit assumptibilis natura humana, sed Angelica.

D

Præterea. Nobilior natura est capax maioris doni, sed maximum donum fuit collatum homini, quando fuit factum, quod homo esset Deus: ergo istius doni fuit capax natura Angelica, quia nobilior, quàm humana.

Præterea. ad intercedendum pro aliquo, magis videtur idoneus ille, qui non est de stirpe, & quia tota natura humana fuit infecta, non autem tota Angelica: ergo fuit magis assumptibilis natura Angelica.

IN CONTRARIVM est, quod habetur ad Hebræos 2. *Nequaquam Angelus apprehendit, sed semen Abrahæ*: sed quod Deus facit debet reputari magis congruum, quàm quod non fit, ergo &c.

Ad Hebr. cap. 2.

Præ-

## ARTIC. III.

*Vtrum natura humana fuerit magis assumptibilis, quàm Angelica. Conclusio est affirmatiua.*

D. Thom. 3. p. q. 4. art. 1. Caiet. Medina. Siluius. Cabrera ibidem. Aluarez in 3. p. disp. 22. Valentia 4. tom. q. 4. art. 1. punct. 1. Nazarius in 3. p. q. 4. art. 1. controu. 1. D. Bonaui. 3. sent. d. 2. q. 2. Suar. tom. 1. dis. B. 14. sect. 2. Aestius 3. sent. d. 1. s. 7. Ioseph. Ragusa disp. 56. s. 1.

Præterea . Christus assumpsit naturam humanam , vt nos redimeret à peccato , sed peccatum Angeli fuit irremissibile , ergo natura eius fuit inassumptibilis .

R E S O L V T I O .

Cum vniuersum , vt sic , dicat rationem genericam , ac proinde non vnâ naturam tantum , sed plures : sola enim species specialissima de se est natura vna : non est rationabilis quæstio : An illud tantum assumptibile sit . Naturam verò humanam magis assumptibilem fuisse quàm Angelicam , nouem potissimis rationibus comprobatur .

R E S P O N D E O dicendum , quòd de assumptibilitate , communia scripta quærunt . Vtrum natura irrationalis sit assumptibilis , sed de hoc faciemus quæstionem per se , & specialem . Quærunt tamen . Vtrum totum vniuersum sit assumptibile , sed totum vniuersum non dicit naturam vnâ , sed dicit tot naturas , quot sunt species in vniuerso . Et si dicatur , quod totum vniuersum dicit vnâ naturam generis , quia totum potest collocari sub genere substantiæ . Dicemus , quòd natura generis non est natura vna , sed tot naturæ , quot sunt species specialissima in illo genere : sola autem species specialissima , quantum est de se , est natura vna . Et ideo vt supra diximus , de tali forma loquitur Philosophus in 7. Metaphysicæ , dum ait , quòd *forma non diuiditur nisi per materiam* . Hoc autem , quòd dictum est , optimè pertractat Themistius in libro suo de Anima , vbi vult , quòd generis quidem conceptus sine hypostasi , idest sine fundamento sumptus est ex tenui singularium similitudine . Species autem , idest , species specialissima , natura quædam , & forma vult esse . Generi ergo non respondet vnum fundamentum . Et ideo dicitur non habere hypostasim , idest fundamentum , quia quod non est vnum , non est , cum vnum , & ens conuertantur . Propter quod si aliqua multitudo dicitur esse , hoc est in quantum participat aliquo modo , vno . Ideo dicit Dionysius 13. de Diuinis nominibus , quòd *semper multitudo parti-*  
Aegid. super iij. Sent.

*cipat aliquo modo vno .* Hoc idem dicit Proclus in propositione de elementatione . Quærere ergo . *Vtrum totum vniuersum sit assumptibile* , est quærere , *utrum qualibet natura , quæ est in vniuerso sit assumptibilis ;* & quia in vniuerso est natura rationalis , irrationalis , insensibilis , & inanimata , ideo cum quæretur , *Vtrum natura irrationalis sit assumptibilis* , poterit declarari , quod quæritur .

Præsens autem quæstio est de natura rationali , & quia tam homo , quàm Angelus potest aliquo modo dici rationalis , ideo quæstio nostra solum quærit de homine , & Angelo , quæ natura sit magis assumptibilis , idest magis habilis , & apta ad assumendum . Ad quòd dici potest , quòd possumus adducere nouem vias ad probandum , quòd natura humana est magis apta , & magis habilis , & magis congrua vt assumeretur à Dei Filio , quàm Angelica , vt Prima via sumatur ex ipsa filiatione . Secunda ex ipsa personalitate . Tertia ex ipsa passione . Quarta ex ipsa morte . Quinta ex ipsa iustitia . Sexta ex idiomatum communicatione . Septima ex ipso Pontificatu . Octaua ex ipsa Fraternalitate . Nona ex ipsa assimilatione .

Prima via sic patet . Nam inter alias congruitates , & idoneitates , vel aptitudines , quare fuit congruum , & idoneum , quòd solus Filius incarnaretur , potissimè fuit ista , quia congruum , & idoneum , erat , vt qui erat in Deitate Dei Filius , esset in humanitate hominis filius , cum ergo in Angelis non habeatur filiatio , quia vnus Angelus non est filius alterius , nec procedit per generationem ab alio : ideo ista congruitas , & idoneitas non fuisset assumendo naturam Angelicam , quæ fuit assumendo humanam .

Secunda via sumitur ex ipsa naturalitate Angelorum : nam ante peccatum , Angeli non fuisset congruum esse aliquem mediatorem pro peccato , quia nondum erat aliquod peccatum . Post peccatum vero iam Angeli erant producti , & quilibet habebat suam naturalitatem , cum ergo persona non sit assumptibilis , sed natura , non potuisset Deus assumere naturam Angelorum , nisi destruxisset personalitatem illius Angeli , cuius naturam assumpsisset : sed còtinuè per genera-

Proclus.

Nouem rationibus cògruètia potioris assumptibilitatis humanæ naturæ , quàm Angelicæ ostenditur.

Primaratio ex parte vtriusque filiationis.

Secunda ratio ex modo , què post peccatum Adæ habebat iam in se ipsa naturæ Angelicæ.

Vnitas generis non est verè vnitas , sed sola species specialissima est de se natura vna.

Arist. 7. Metaph.

Themistius

Quod non est vnum , non est.

D. Dionys.



tionem producantur noui homines. Potuit ergo Deus, vel Dei Filius assumere naturam humanam, sicut & fecit, & sustentare eam in sua personalitate, & hoc modo natura illa non constitueret, nec suppositum, nec personam, sed sustentaretur in persona Verbi. Quod faciendo sic assumpsit naturam humanam, ut non destruxerit, nec humanam personam, nec suppositum. Id autem in Angelo esse non potuisset, nisi Deus causasset nouam naturam Angelicam. Quod faciendo non verificaretur illud Eccl. 15. *Qui uiuit in aeternum, creauit omnia simul*: nec illud

Gen. 2. *Compleuitq; Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requieuit, &c.* Quod exponunt Sancti, Deum requieuisse, quia postea non fecit nouum opus, sed solum conseruauit, quod fecerat. Non enim fecit nouas species, sed continuauit species, quas fecerat, ex similibus similia producens. Et si dicatur, quod quotidie producit nouas animas. Dicemus, quod productio, vel factio, vel etiam procreatio, semper terminatur ad compositum, nam ipsa creatio quaedam factio dici potest, & tamen non fit materia, nec forma, sed fit compositum ex utrisque, & factio compositi dicitur fieri materia, & forma. proprie enim fit homo, nam anima non fit, ut per se existens, sed ut coniuncta carni, & ut constituens hominem; licet August. super Gen. ne cogatur ponere Deum fecisse aliquid noui, & non creasse omnia simul, videatur ad hoc declinare, animam primi hominis fuisse creatam cum Angelis. Sed si bene considerentur uerba, quid est factio, quid productio, quid creatio, vel etiam generatio in creaturis, cum talia semper terminentur ad ea, quae habent per se esse, cum anima non creetur, ut aliquid habens per se esse, sed ut aliquid coniunctum alteri, non oportuisset August. tam subtiliter speculari, nec ad istam partem declinare, quod anima primi hominis fuerit producta cum Angelis.

Ecclesi. c. 15

Gen. c. 2.

Quomodo  
animae rati-  
onalis pro-  
ductio non  
dicatur sim-  
pliciter  
creatio.

D. P. Aug.

Anima Ad-  
m non fuit cre-  
ata cum An-  
gelis.

Tertia ra-  
tio ex natu-  
rali passibi-  
litate natu-  
rae assump-  
tae.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex ipsa passione Christi: nam uoluit Dei Filius fieri homo, & assumere carnem naturaliter passibilem, ut ex passione sua redimeret alios homines. Non autem sic potuisset fieri Angelus, quia hoc faciendo, non assumpsisset aliquid naturaliter passibile,

A vt ex passione sua redimeret alios Angelos, quia natura Angelica non est naturaliter passibilis; & si ignis affligit malignos Angelos, hoc non est naturaliter, sed ut est organum diuinæ iustitiæ, sicut aqua naturaliter lauat corpus; si autem lauat animam per Baptismum, hoc non est naturaliter, sed ut organum diuinæ misericordiæ.

Quarta via ad hoc idem sumitur ex ipsa morte Christi. Voluit enim Christus Dei Filius fieri homo, ut pro nobis moriens, reconciliaret nos Deo Patri: sed hoc non potuisset facere, si fuisset factus Angelus, ut pro nobis Angelus moriens, reconciliaret Deo Patri Angelos peccatores, quia Angelus licet possit supernaturaliter pati, tamen nec naturaliter, nec supernaturaliter potest mori, licet possit annihilari. De hac autem reconciliatione hominum per mortem Christi loquitur Apostolus Rom. 5. cum ait: *Si enim, cum inimici essemus, ideit, cum peccatores essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius, &c.*

Quarta,  
quia Ange-  
lus uere non  
potest mori.

Rom. c. 5.

Quinta via ad hoc idem sumitur ex ipsa iustitia, siue ex ipso colore iustitiæ. Nam cum supra quærebatur. Vtrum congruum fuisset Dei Filium assumpsisse carnem aliunde, quam de stirpe Adæ, vel ex stirpe peccatrice, dicebatur ibidem, quod ex huiusmodi assumptione, vel incarnatione non apparuisset ibi tanta iustitia, vel tantus color iustitiæ. Ut ergo clarius intelligatur, quod ibi dictum est, & quod hic est dicendum, notandum est, quod poena alicuius ad tria referri potest, vel ad passionem, siue afflictionem, quam propter poenam patitur: vel ad obligationem, per quam est ad poenam obligatus: vel ad satisfactionem, quam propter poenam, vel sustinendo poenam satisfacit. Et si hæc tria uolumus referre ad Christum, dicemus, quod poena, quam sustinuit Christus, fuit naturalis passio, & uera afflictio: Verum si non loquamur de ipsa passione, vel afflictione, sed de ipsa obligatione, est ibi quaedam iustitia, quia poena debetur culpæ authoribus, & iuste non obligantur ad poenam, nisi peccantes, vel committentes culpam. Christus ergo quia fuit omnino innocens, & sanctus, ad nullam obligabatur poenam.

Quinta ex  
maiori con-  
gruitate ius-  
titiæ, ut in  
eadem natu-  
ra fuerit sa-  
tisfactio,  
quæ tota in  
Adam cor-  
ruit, & Deo  
offendit.

Ideo

Ideo quantum ad obligationem non fuit ibi iustitia, sed fuit ibi quidam color iustitiæ, quia licet Dei Filius non esset peccator, fuit tamen de stirpe peccatorum, & de ijs, qui habuerunt peccatum, quia etiam mater sua concepta fuit in originali, & contraxit peccatum originale. Vnde Anselmus 2. libro Cur Deus homo, ait, quod licet Christi conceptio munda sit, & absque carnalis delectationis peccato, *Virgo tamen ipsa unde assumptus est, in iniquitatibus concepta est, & in peccatis concepit eam mater eius, cum originali peccato nata est, quoniam & ipsa in Adam peccavit, in quo omnes peccaverunt.* Fuit ergo Christus de stirpe peccatrice: propter quod licet quantum ad ipsum, loquendo de obligatione, non esset ibi iustitia, quia non erat obligatus ad poenam, fuit tamen ibi quidam color iustitiæ, quia erat de stirpe peccatorum, & de stirpe obligatorum ad poenam. Sed tertio quantum ad satisfactionem, non solum fuit ibi iustitia sufficiens, sed etiam superexcellens, quia cum esset infinita persona, quæ pateretur, plus satisfecit eius passio, & eius mors, quam omnes homines, qui sunt in mundo, demeruisse. Si ergo hæc tria volumus adaptare ad assumptionem naturæ Angelicæ, dicemus, quod si Christus apprehendisset Angelos, vel naturam Angelicam, non fuisset ibi vera, & naturalis passio, vel afflictio, quia Angelus, nec pati naturaliter, nec affligi potest. Quantum autem ad obligationem ad poenam non fuisset ibi iustitia, nec color iustitiæ, quia Christus assumens naturam Angelicam, non fuisset de stirpe peccatorum, quia stirps, & generatio in Angelis esse non potest. Quantum autem ad satisfactionem, non fuisset ibi proprie iustitia, quia si homo peccavit, iustum erat, quod homo satisfaceret, & iustum erat, quod esset saltem eiusdem speciei satisfaciens cum illis, pro quibus satisfaciebat; sed licet homo cum alijs hominibus possit habere, & habeat eandem naturam specificam. Angeli enim cum sint quedam formæ, non possunt differre, nisi formaliter, & quia idem est forma, & species, & idem est differre per se, & formaliter, & differre specie, non possunt esse duo Angeli eiusdem speciei. Si ergo Dei Filius assumpsisset naturam

A Angelicam, non proprie fuisset ibi iustitia, quia non essent eiusdem speciei satisfaciens, & illi, pro quibus satisfaceret. Hoc idem esset, si aliquis de aliqua specie vellet satisfacere pro alia specie.

Sexta via ex communicatione idiomati.

B Sexta via ad hoc idem sumitur ex idiomatum communicatione, quia si Christus assumpsisset naturam Angelicam, aut assumpsisset naturam Angelorum peccantium, aut non peccantium: sed non assumpsisset naturam non peccantium, quia illi non tenebantur ad satisfactionem. Si autem assumpsisset naturam peccantium, hoc fuisset omnino incongruum, quia tunc propter communicationem idiomatum, verum esset dicere, quod natura illa, aliquando fuit subiecta peccato, & quod Dei Filius esset Angelus, aliquando subiectus peccato, quod cogitare de Dei Filio est omnino incongruum, qui debet esse *sanctus, innocens, impollutus, à peccatoribus segregatus.*

C Septima via ex ipso Pontificatu: nam non potest esse Pontifex, nisi sit eiusdem speciei cum illis, quorum est Pontifex, quia ut dicitur ad Hebr. 5. *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur.* Potest ergo homo esse Pontifex pro hominibus, & Christus ut homo, potest esse Pontifex pro alijs hominibus, quia omnis homo est eiusdem speciei cum alijs hominibus; sed nullus Angelus potest esse Pontifex pro alijs Angelis, quia nullus Angelus est eiusdem speciei cum aliquo Angelo.

Ad Heb. c. 5. Septima ex vera ratione Pontificis Mediatoris quam tradit Apollolus.

D Octava via sumitur ex ipsa fraternitate. Dicimus ergo, quod sicut septima via innitebatur veritati, & idéptitati speciei, sic ista octava innititur vnitati, & idéptitati Patris. Nam omnes homines possunt dici fratres, quia omnes descendunt ab vno, & eodem patre homine, scilicet Adam, sed nulli duo Angeli possunt dici fratres, quia nulli descenderunt ab vno, & eodem patre Angelo, Illud ergo quod saluamus de Dei Filio facto homine, qui est primogenitus in multis fratribus, non possumus saluare de Dei Filio facto Angelo, quia inter Angelos non est proprie fraternitas.

Octava ratio ex eodem Apostolo quoad veram fraternitatem.

E Nona via ad hoc idem potest sumi ex ipsa assimilatione, & hæc via innititur convenientiæ proprietatum specificarum, ut sicut

Nona ex proprii assimilatione.

D. Anselm. lib. 2. cur Deus homo cap. 16.

Nota verba ista non esse proprie D. Anselmi, sed Discipuli interrogantis. Falsum enim est, & erroneum B. Virginem cum peccato originali natam esse. Quod si præfatis verbis inibi non contradicit Anselmus, id est, quia possumus intelligi ex mente illius de propria conceptione in vitro, quæ & prima natura dicitur, sicut & nasci pariter astruitur, quod concipitur. In eodem vero capite asserit Anselmus, Christum assumptum esse de massa peccatrice. Quod etiam affirmat in lib. de conceptu Virginali. c. 3. 13. & 19.

Angeli non possunt esse eiusdem speciei

sicut inter Angelos non potest esse propriè Pontifex, quia non sunt eiusdem speciei, nec propriè fraternitas, quia non sunt ab eodem Patre Angelo; sic propriè non potest esse assimilatio, cum similitudo sit rerum differentium eadem quantitas, vel eadem proprietates, quia proprietates quædam qualitates dici possunt. Debet ergo esse assimilatio in eadem proprietate, quòd saltem sit eadem secundum speciem: assimilatio enim in genere non est propriè assimilatio. nam si vnus homo esset albus, & alius niger, quamuis vterque esset coloratus, nullus diceret eos similes. Et quia in proprietatibus specificis non potest esse assumptio in Angelis, si Dei Filius assumpsisset naturam Angelicam, non posset de eo verificari illud, quod dicitur ad Heb. 2. vbi cum Apostolus prius dixisset: *Nequaquam Angelos, sed semen Abrahamæ apprehendit, Unde debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors feret.*

Ad Heb. c. 2.

Additur de cima ratio ob iugentioris misericordiam.

Posset autem ex hoc verbo, *ut misericors feret*, accipi decima via, quare fuit magis congruum accipere humanam naturam, quam Angelicam, quia quilibet est magis misericors ijs, qui sunt eiusdem speciei secum, quam ijs, qui sunt in alia specie. Aduertendum tamen, quòd ad quæstionem propositam, possent adduci quasi omnes illæ octo rationes, quas adduximus in solutione secundi argumenti, cum in prima distinctione mota est secunda quæstio de congruitate Incarnationis. Ibi enim in solutione secundi argumenti adducebantur octo rationes, quare peccatum hominis fuit remediabile, vel remissibile, & non peccatum Angeli; non enim erat congruum, quòd Filius assumeret naturam Angelicam, ut reconciliaret eam Deo, cum peccatum Angeli sit irremissibile, omnes enim rationes probantes peccatum Angeli esse irremissibile, eodem modo probant naturam Angelicam esse inassumptibilem.

Esse magis assumptibile dupliciter. vel quia natura est propinquior, vel quia peccatum est magis remissibile, in incarnatione cuius finis est redemptio, illa natura est magis assumptibilis, cuius peccatum est magis remissibile.

#### RESP. AD ARGV.M.

Ad primum dicendum, non oportere, quòd propinquius secundum naturam sit magis assumptibile, sed cuius peccatum est magis remissibile, naturæ illius est magis assumptibilis: nam sem-

A per finis est causa causarum: potest enim vnus opus diuinum esse finis alterius operis diuini. Opus ergo diuinum fuit Incarnatio, & opus diuinum est humani generis redemptio, sed redemptio se habet, ut finis ad Incarnationem: peccatum ergo cuiuscunque èo modo, quo est irremissibile, natura eius est inassumptibilis. & per hoc patet solutio ad tertium.

Ad secundum dicendum, quòd licet tam Angelus, quam homo peccauerint, tamen vnus peccauit irremissibiliter, ut patuit in prima distinctione, in solutione secundi argumenti secunda quæstionis, de congruitate assumptionis.

Ad quartum dicendum, quòd in reconciliatione possumus attendere, vel supplicationem, vel satisfactionem, si consideramus ergo supplicationem, fortè magis congruum videtur ad supplicandum eum, qui non est de stirpe peccantium, sed si consideremus satisfactionem, magis videtur congruum illum satisfacere, qui est de stirpe peccantium. Vel possumus dicere, & melius: quòd Christus, licet esset de stirpe peccantium, ipse tamen erat *sanctus, innocens, impollutus, segregatus ab omni peccato, ideo in omnibus exauditus est pro sua reuerentia*: propter quod & supplicando nos redemit, & satisfaciendo pro nobis: non solum sufficienter, sed superexcellenter.

Angeli peccatum irremissibile, hominis remissibile.

Aliud est esse de stirpe peccantium, aliud peccatum noxium.

#### ARTIC. IV.

*Vtrum natura irrationalis sit assumptibilis. Conclusio est affirmatiua.*

D. Thom. 3. sent. dist. 2. q. 1. art. 1. Capreol. q. 1. concl. 2. art. 1. Medina. Caiet. Siluius. Nazarius in comm. ad 3. p. q. 4. art. 1. Valq. disput. 30. c. 2. 3. & 4. Cabrera in 3. p. q. 4. art. 1. disp. 3. Valentia tom. 4. q. 4. art. 1. puncto 1. Suar. tom. 1. disp. 14. sect. 2. Argentina in 3. d. 2. q. 1. art. 1. & 2. Rada tom. 3. contr. 4. art. 1. Dur. in 3. dist. 2. q. 1. Iosephi. Ragusa disp. 56. §. 2.



VARTO quæritur de natura irrationali: Vtrum sit assumptibilis. Et videtur, quòd non: quia Deus omnia in sapientia facit, & quod repugnat sapientiæ, & dispositioni sapientis, videtur impos-

possibile Deo : sed tale videtur esse, assumere naturam irrationalem, ergo &c.

D.P. Aug.  
tom. 3.

Præterea ait Augustin. 18. de Trinit. cap. 9. quod si Dei Filius natura, potuit fieri natura filius hominis, quanto credibilis est filios hominum natura, posse fieri filios Dei per gratiam : ergo videtur intentio Augustini, quod maius sit Dei Filium assumere aliquam naturam, quàm suppositum illius naturæ coniungi Deo per gratiam ; cum ergo creatura irrationalis non sit susceptibilis gratia : ergo &c.

Præterea. Maius donum, quod potuit conferri naturæ rationali, fuit esse assumptam in unitatem personæ Verbi: ergo inferior natura, quàm rationalis, non potuit esse capax tanti doni, huiusmodi autem, est natura irrationalis : ergo &c.

Præterea. Actus respondet potentiæ, quod ergo actu coniungitur Dei Filio habet potentiam, per quam possit coniungi: sed nulla potentia est coniungibilis, nisi intellectus, & voluntas, irrationalia autem carent intellectu, & voluntate : ergo &c.

IN CONTRARIUM est Anselmus libro 2. Cur Deus homo, ubi vult, quod omnis necessitas, & impossibilitas Dei subiaceret voluntati. Et ibidem ait, quod Dei voluntas nulli subiaceret necessitati, aut impossibilitati : cum ergo nihil sit impossibile apud Deum, utraque natura rationalis scilicet, & irrationalis poterit assumi ab ipso.

Præterea. Infinitum non est maius infinito, sed tam natura rationalis, quàm irrationalis distant à Deo in infinitum. Non ergo magis vna natura erit assumptibilis, quàm alia.

RESOLVTIO.

*Naturam irrationalem assumi, neque ex parte assumptionis, neque ex parte Diuinæ Personæ assumentis, neque tandem ex parte eiusdem naturæ assumendæ repugnat, quæ Deo subijcitur secundum potentiam obiectiuè, seu obedientiæ. De congruo tamen irrationalis natura non fuit sic assumptibilis, sicuti rationalis, & humana.*

RESPONDEO. dicendum, quod

A circa quæstionem propositam recitantur duo modi dicendi. Vnus est, quod nec de congruo, nec de potentia absoluta potuit à Deo assumi natura irrationalis ; sed hoc stare non potest. Quod triplici via possumus declarare. Primò ex ipsa quidditate assumptionis, secundò ex ipsa diuina potentia, tertio ex ipsa natura assumptibili. Est enim in assumptione tria considerare, personam assumentem, naturam assumptam, & vtrumque.

Aliorū sententia refertur, & respicitur.

B Via ergo prima ex quidditate assumptionis respicit vtrumque ; personam assumentem, & naturam assumptam, via secunda ex potentia Dei potissimè respicit Deum assumentem, & naturam assumptam ; via tertia assumpta ex ijs, quæ sunt creata, potissimè respicit naturam assumptam.

Prima via sic patet, Nam, quia Deus est causa efficiens, & conseruans creaturam, magis est vnitus, & intimus creaturæ, quàm creatura sibi, iuxta illud Augustini 13. confels. *Tu autem eras intimior intimo meo.* propter quod intimum nostrum non est sic intimum nobis, sicut

D.P. Aug.  
tom. 1.

C Deus. Quares ergo, cum Deus sit ita intimus, & ita vnitus cuilibet creaturæ, Quid vterius dicit vnitas assumptionis humanæ naturæ, vel cuiuslibet alterius naturæ assumptibilis supra unitatem, quam habet Deus ad quamlibet creaturam? Ad quod dici potest, quod vnitas naturæ assumptæ à Deo est maior vnitas ad ipsum Deum, quàm sit vnitas Dei ad quamcunque aliam creaturam. Nam ex vnione Dei ad creaturam, non tollitur, quin creatura agat, quia ex hoc non tollitur, quin creatura constituat suum suppositum, cuius est agere, & pati, quia secundum Damascenum lib. 1. cap. 34. *agere, & pati non attribuitur naturæ, sed supposito.* Quod verum est loquendo de natura creata, quæ non est suum esse, nec

Quid addat vnio hypostatica supra unitatē quam habet Deus ad quamlibet creaturam.

D habet per se esse, sed habet esse in suo supposito. Habet enim natura creata modo assumpto constituere suum suppositum, & agere per suum suppositum: sed hoc operatur ipsa assumptio, quia natura assumpta non constituit suum suppositum, ac proinde nec agere, nec pati attribuitur naturæ assumptæ, sed attribuitur ipsi Deo assumenti, propter quod Deus verè patitur

D. Damasc.

tur